



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Concor=||dia Discors,|| Sive || Qverimonia Catholicae  
Christi || Iesu Ecclesiæ**

**Lindt, Willem van der**

**Coloniae, 1583**

**VD16 L 1926**

Tertia Qverimoniæ Oratio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34269**

# TER T I A

## Q V E R I M O N I Æ

### O R A T I O.

**H**Xpofitis obiter ijs, Principes & Governatores, quæ in Christianam Religionem temerè non minus, quam irreligiose addendo, minuendo, detrahendo peccastis, nunc ipsam concordiam vestram nouam hoc anno inter vos callido quodam Syncretismo initam expendere aggrediamur. Quò firmior atque stabilior vestra hæc foret Concordia Euāgelica, firmum itidem hoc anno iacere ipsi voluistis fundamentum; quod triplici illo trium Symbolorum celebratissimorum Apostolici, Niceni, & Athanasiani funiculo est comprehensum atque connexum.

*Quòd Symbola tria à Prophetis approbata deprecant ipsi.*

Præclarum sanè fundamentum! præclarum planè, inquam, nisi vestris à Pseudopropheta esset id etiā locis aliquot adulteratum. Nam vbiunque in eis vocabulum Catholica occurrit, vos profitemini Christiana. Sex igitur locis tria illa tãto ambitiosæ præfationis fuce de-

*Vocè Catholica deprauant in Christiana.*

M corata

*Schismatici  
sunt Christia-  
ni, sed non Ca-  
tholici.*

*Lactant lib.  
4. ca. 30.*

*Vicent. Liri-  
an in Pere-  
grino.*

*D. Optatus.  
contra Donat.*

corata mutatis, deprauatis, adulteratis  
symbola. Aliud enim sonat fides Chri-  
stiana, aliud Catholica, aliud deniq; Re-  
ligio Christiana; aliud Catholica. fide-  
nim Donatistarū in Africa nemo nega-  
bat initio esse Christianā, sed nō erat Ca-  
tholica. Sic & Ecclesia Luciferianorum  
erat Christiana Ecclesia, sed non Catho-  
lica. Quantum autē momenti hac in vo-  
ce situm sit, liquidō declararunt filij mei  
Africani: qui super dogmate S. Trinita-  
tis à Rege Genserico, & eius adulatori-  
bus oppugnati, Catholicorum sibi titu-  
lum vendicabant, ringentibus, ac tantū  
non inuidia tabescentibus hostibus me-  
is Arrhianis. Plurimum ergo veneni la-  
tet hac in vocabulorum Christianæ &  
Catholicæ permutatione. Singuli quiq;  
Hæreticorum cætus se potissimū Chri-  
stianos putāt. facilius enim imperitis per-  
suadeatur dogma aliquod, vtpote de fi-  
de speciali, de abrogando Missæ sacrifi-  
cio, de extinguendo purgatorio, & simi-  
libus, esse Christianū, quā Catholicum.  
Nam si aliquot probetur Christianis vi-  
ris huius, aut illius prouinciæ, rectè di-  
citur sensu quodā Christianum: sed Ca-  
tholicū verè non dicatur, nisi suo ex no-  
mine vbique diffusum sit, ac semper, &  
ab

ab omnibus ita fuerit creditū. Quod v-  
 ni meæ fidei Apostolicæ peculiare esse,  
 nullus inficias iuerit, qui vocabuli Græ-  
 ci vim vel per transennam inspexerit.  
 hoc insigne pijs omnib<sup>9</sup> meritò semper  
 venerabile, ac elogiū verè diuinum DD.  
 Apostoli suo insertum voluere Symbo-  
 lo, vt certissima simul & infallibilis esset  
 quasi verissimæ Cynosuræ nota: qua  
 non modò à Iudæorum cætu: sed ab om-  
 ni etiã Sathang Synagoga discerneretur  
 vera Christi Iesu sponsi mei Ecclesia.  
 Quia igitur doctrina Confessionis ve-  
 stræ Augustinæ quosdam habet profes-  
 sores Christianos, potest & quodã sen-  
 su fides Christiana ex quadã parte dici:  
 sed Catholica vt dicatur nunquã orbis  
 patiatur Christianus. Varijs enim capiti-  
 bus, & ijs grauiss. atque maximi cum pri-  
 mis momenti, ab ea dissentit populus  
 Dei Catholicus: qui suo cum Pastore  
 (vti diuinus ille Christi Martyr meus  
 Cyprianus docet) Ecclesia est Christi  
 Catholica. Vnde vestra isthæc Con-  
 fessio Catholicæ fidei nomen nequa-  
 quam sustineat. Videtis igitur dolum  
 malum, ô mei Principes & Ciuita-  
 tes Protestantes, quo perniciose vo-  
 bis vestris à Theologis est impositum:

*D. Augustin.  
 contra Donat.*

*Cur Catholi-  
 cum sit ab A-  
 postolis Sym-  
 bolo additū,  
 licet nusquam  
 legatur in scrō  
 pluris.*

*Cyprian. con-  
 tra Nouat.*

M 2 qui

qui tam immenso cum fidei detrimento audebant tanquam illi apud Prophetam improbi Caupones, mala fide vocem voce permutare: in qua maximum in primis est Ecclesiæ Christi momentum collocatum. Inter cæteras enim notas, quibus ego Christi Ecclesiæ à Synagogis Sathanæ, Paganorum, & Iudæorum, atque schismaticis adeo Hæreticorum omnium conuenticulis discernor, elogi-um vnum est, vt dixi, Catholica, quod mihi ab Apostolis ipsis tanquam peculiare atque dignum Christi sponsa donatum est in signe; cuius nota ab adulterinis Diaboli cætibus ad vnum omnibus certò ac liquidò perinde ac infallibiliter valeam internosci, semperque discerni. Possunt enim quædam Hæreticorum, aut Schismaticorum (quorū neutri meus sunt Dei populus ille acceptabilis *περιεστος*, selectus & peculiaris) conuenticula sibi Christianæ arrogare; imò ad tempus quoddam vindicare nomen Ecclesiæ; sed nunquam ipsa re Catholicæ vocabulum sibi verè ac meritò sumere. Acerrimis quidē, & ijs plurimis subinde certaminibus hoc carissimum mihi nomen Catholicæ Aduersarij æmulantes conabantur olim derogare ac de-

trahere; primum Donatistæ in Africa; deinde & Arrhiani in Agypto ac Græcia; post etiam Vvandalis in Africa: sed liquidius mihi soli totius orbis Christiani, immò paganorum arbitratorum iudicio verè congruebat, quam ut vllis possent technis, spinosis sophismatibus dirisue tormentis extorquere. Hinc euenit ut omnia ipsis semper fuerint frustra, & Catholicum mihi nomē in hunc vsque diem inuitis, immò ringentibus æmulis assidua spōsi mei Christi protectione sit superstes, floreatque incolume.

*Vide Optatū  
& D. Augu.  
Collat. Car.  
thaginen. Athan  
tham contra  
Arrhianos. Vā  
ctorem Vi  
cen. lib. 3. per  
seq. VVandal.*

Ex his liquidum etiam, opinor, vobis tandem erit, quam frivolo & male iactato fundamento vestra illa noua nitatur concordia: quæ stabilire se ipsa non potest, nisi falsis, immò deprauatis, impieque adulteratis illis celeberrimis triū Symbolorum vocabulis, quæ solemniter adeo vsu, longaque & à Christianorum vsque memoria orta possessione mihi vni Catholicæ duntaxat congruunt Ecclesiæ.

Euerso igitur isthoc futili, adeoque *CAP. 2.* adulterato concordie vestræ fundamento, nunc ipsam Confessionem vestram Augustanā hoc in opere Cōcordiæ mo-

M 3 dō

dò editam, ac veluti postliminio anno-  
rum plus minus quinquaginta orbi tan-  
dem redditam in trutinam vocemus.

Quam proinde hoc Anno depromi-  
tis Confessionem Augustanā, si quis ac-  
curatiori perspiciat oculo, dubitabit an  
Confessionis nomen mereatur. Si enim  
hæc vera est, quæ demum post annos  
ferè totos L. de tenebricoso carcere tan-  
dem eruta in lucem quasi postliminio  
restituatur, quid ergo cæteræ Confessi-  
ones Augustanæ toties variæ, toties au-  
ctæ, toties immutatae in lucem editæ?  
An quis eas mendaces ausit affirmare?  
certè fallaces: &, si verum dicere licet,  
falsas adeoque mendaces. Si quidem ir-  
reconciliabiliter à vero suo dissentiunt, i-  
mò cum suo pugnant Autographo nunc  
vestris ex Archiuis depromto. Quia  
malo quorundam Matheologorum do-  
lo corruptæ, à vero deprauatæ atque se-  
dissimum in modum fuere adulteratæ.  
Neque ista Confessionum vestrarum va-  
rietas in verbis tantum est, ò Principes  
& Ciuitates Protestantes: sed in dogma-  
tibus grauissimis etiam ex diametro cõ-  
trarijs.

*Confessio Au-  
gustana*

*in opere Con-  
cordiæ impres-*

Quod enim nunc pro germana Con-  
fessione fidei Augustanæ profitemini  
arti-

articulo decimo, Sub specie panis & vini *sa pugnatur cura*  
 dari corpus Domini, ex diametro repu- *alijs eiusdem*  
 gnat Confessione Augustanæ anno 40. *editionibus.*  
 & 59. & alijs plurimis editæ: quæ omnes  
 habent, Cū pane & vino. Sane si sub spe-  
 cie panis & vini datur Corpus Domini,  
 vti vestra prima habet Confessio Augu-  
 stana Germanicè Carolo V. Augusto  
 exhibita conformiter vestræ isthoc an-  
 no impressæ, non potest locum habere  
 panis & vinum in S. Eucharistia.

Nam species panis hoc in dogmate  
 ipsi naturæ panis ita opponitur, vt pror-  
 sus hæc excludatur. quemadmodum &  
 maiores vestri anno 30. hac de re in Co-  
 mitijs Augustanis à Carolo V. admoni-  
 ti suo tunc assensu meis Catholicis hanc  
 Apostolicam confirmarunt doctrinam.  
 vti paulo inferius declarabitur copio-  
 sius quâdo manifestam Apologiæ huic  
 nouæ Concordiæ operi vestro additæ  
 fraudem, liquidamque pugnam detege-  
 mus, euidentissimi eam conuincentes *Cadmæa Cō-*  
 mendacij. An igitur Confessiones om- *fessionum Au-*  
 nes Augustanæ ab anno 35. quo primū *gustanarum*  
 facta videtur esse fraudulentissimi Buce *pugna.*  
 ri & aliorū Vvittébergæ congregatorū *Confessio Au-*  
 opera huius Articuli deprauatio, vsq; ad *gustana ab an-*  
 ann. 80. Hoc est, totos per Annos 44. *no 35. capis*  
*calui.*

M 4 aut



*niturive fune-  
sta Buceri  
fraudentiff.  
obstetricati-  
one.*

*Vide miscella  
nea Hiero. Zan-  
chi professo-  
ris Argentinē.*

*Detrahitur Con-  
fessionem Augu-  
stanae quod  
Caluinistas in-  
gular anno  
40. & sequē-  
tibus.*

aut 46. fuerit Calvinistica, viderint ve-  
stri oculatissimi Theologi. hi enim am-  
biguam illam verborum formulam ceu  
Cothurnum Syncionium, Quòd cum  
pane & vino adsit aut detur Corpus &  
sanguis Domini, fraudulenter, pro spe-  
cie panis, suffarcinarunt: vt fraterculis  
suis Sacramentarijs, qui aliquam omni-  
no efflagitabant cū Martinistis illo anno  
35. V Vittenbergē congregatis Concor-  
diæ famam vt vt personatam, aliquid  
saltem esset, vbi hærent, vobisque ad-  
hærent, latibulum. Vnde & nunc ore  
iactitant improbo & sese Confessionem  
Augustanæ non primæ illi, sed mutatæ  
ac variatæ consentire. Hoc ex eo magis  
liquet, quod & eidem Articulo primæ  
Confessionis vestræ V Vittenbergenses  
illud sacrilegè detraxerunt, Et damnant  
aliter docentes, quod Criterion & Ana-  
thema, quia vestræ fuit tot per annos  
Confessionem subtractum, loquitur cla-  
rissimè illos, qui hac in re Sacramenta-  
ria dissentiebant, aliterque docebant, nō  
fuisse postea à Protestantium Theolo-  
gis tanquam in fidei doctrina errantes  
damnatos: sed pro fratribus agnitos. quæ  
res ipsa de Philippo Molanchthone, Bu-  
cero, Strigelio alijsq; primi nominis Lu-  
the-

theranis liquidius clamat, quam vt mea  
fufius fit oratione perlequendum.

Hæc autem Confelfio nunc in vul-  
gus emiffa an fit germana, & fuo respon-  
dens autographo, quod anno 30. Caro-  
lo V. A. exhibitū est, meritò dubitatur,  
cum in autographo Latinæ Confelfio-  
nis Auguftanæ ( nam vtraq; lingua eam  
Carolo V. exhibuerunt ) quædam fint  
quæ in Germanica legūtur & mutata, &  
omiffa, qualia funt Articulo 8. Donati-  
ftas fenfiffe ministerium malorum inu-  
tile, & inefficax effe. Rurfus paulò ante,  
Et sacramenta & verbum propter or-  
dinationem & mandatum Christi funt  
efficacia, etiam fi per malos exhibean-  
tur. quod totum in Germanica defide-  
ratur . Sic & articulo nono illud o-  
mittitur in hac Germanica, Affirmant  
( Anabaptiftæ ) pueros fine baptifmo  
faluos fieri. Iam mutatam effe Confef-  
fionem Auguftanam vnus ille Artic-  
ulus 10. de venerabili Sacramento Eucha-  
riftiæ liquidò euincit. Nam in Germani-  
ca olim exhibita erat ad verbū, Corpus  
& fanguis Domini Christi verè sub Spe-  
cie panis & vini in cæna effe præfens, il-  
licque diftribui & accipi. Vnde & reijci-  
tur contraria doctrina. Ita in Germanica

CAP. 3

*Vidit hoc au-  
tographum  
Lindanus.  
Discrimen et  
pugna Confef-  
fionum Augu-  
ftanarum La-  
tine ac Ger-  
manice simul  
anno 30. exhi-  
bitarum.*

*Omiffa quæ.*

1.

2.

3.

*Mutata quæ.*

”

”

”

”

”

M 5

prima

*Autographū hoc ego Guilielm<sup>o</sup> Damaſi Lindan<sup>o</sup> Episcopus Ruremundensis inſpexi & cum Cl.V.D. Ioa-chimo Hoppe-ro cum editio-ne anni 31. cōtuli, quod no-biscum ad Cōcilium Tridē-tinum anno LXXII. à S. Dño N. Pio III. euocatus ex archiuis Cæſareis Bruxel-le conſeruatīs Reuer. D. Vi-gliis zwicke-mus candide communi ca-uit. Sic autem in illo Princi-pum autogra-pho fuiſſe & me legiſſe in cōſpectu iudi-cis viuorū & mortuorū ſa-croſanctæ aſſer-erare nihil ambigo.*

prima fuiſſe teſtatur veſter Codex Cō-cordiæ ſicut & Valentinus Erythræus in tabulis Confefſionis Auguſtanæ. Itē alij varij, qui tunc eam legerunt, aut co-ram audierunt: Verūm in Latino exem-plari, quod Carolo V. A. fuit Auguſtæ anno 30. exhibitum, longè alia ſunt pro-feſſi Proteſtantes.

Sic enim habet ad verbum, autogra-  
 phum proprijs illorum Electorum &  
 cæterorum Principum Proteſtantium  
 manibus varijs ſubſcriptum. De cæna  
 Domini docent quod Corpus & ſanguis  
 Chriſti verè adſint, & distribuuntur ve-  
 ſcentibus in cæna Domini, & improbant  
 ſecus docentes. Nunc hæc pauca Con-  
 feſſionis Auguſtanæ verba Latina &  
 Germanica inter ſe conferamus, vt tan-  
 dem candido lectori veritatis ſtudioſo  
 liqueat, vtranam quarum vera ſit habē-  
 da Confefſio Auguſtana Carolo V. an-  
 no 30. exhibita. Quod Germanica ha-  
 bet, Sub ſpecie panis & vini verè eſſe præ-  
 ſens verum corpus Domini, Latina  
 immutatis et mutilatis verbis docet Cor-  
 pus & ſanguinem Domini vere adeſſe  
 & distribuī veſcentibus in cæna Domi-  
 ni. Vbi illud, quod magnæ illius contro-  
 uerſiæ poſtea ortæ caput eſt, Sub Specie

panis & sub specie vini, fraudulenter o-  
missum est. Siquidem illa vox ( Verum )  
corpori addita impios Sacramentarios e-  
necat; vt libanthis serpentes. Rursus  
aliud omisum ( & accipi ) Quæ im-  
mutatio & quadripartita imminutio in  
formula fidei non leuis sanè momenti  
est cēfenda. Porrò qua id factum à Phi-  
lippo fide, aut scopo, nostrum non est  
diuinare: nisi quòd res ipsa clamat ( vt  
magis ex collatione Apologiæ primæ cū  
posterioribus liquebit ) hæc ad calli-  
dum impijs cum Sacramentarijs Syn-  
cretismum spectare: qui anno 35. frau-  
dulentissimi illius Sinonis Martini Bu-  
ceri Vvittenbergæ opera magis coaluit.  
Hoc inde liquidò conuincitur quòd il-  
lam huius Articuli partem, qua sese à Sa-  
cramentarijs anno 30. tam hostiliter  
separabant. ( Et improbant secus do-  
centes ) in alijs editionibus sacrilegè o-  
miserunt & impia collusione detraxe-  
runt, vt anno 40. & 59. & alijs. Vi-  
derint autem, qui oculis sunt acriori-  
bus, & perspicacioribus an hæc Latina  
Cōfessio Augustana videatur post Ger-  
manicam Carolo V. A. exhibita: in qua  
Philippus Melanchthon qui eam sua de-  
scripsit manu ( vti ex alijs eius epistolis

*Collatio illarū  
duarū Confes-  
sionum Aug.  
Latine ac  
Germanicæ  
simul Carolo  
V. A. exhibita  
rum ann. 30.*

*Detractū Ger-  
manicæ frau-  
dulenter in  
Latina à Phi-  
lipp. Melan-  
chthone.*

*Omissum in  
Latina, quod  
Sacramenta-  
rios necabat.*

Au.

Autographis videre fuit) fraudem Principibus suam voluerit occultare : cum Latinè vix intelligerent eorum plerique, ut latitantem callido sub pectore Vulpè Svvinglianismum ( cuius ab initio in supremum vsque suæ mortis diem fuit studiosior ) celeberrimæ illi intexeret Principum Confessione. Nam Philippum breui post pænituisset illius tam manifestæ, agnitæque in Confessione Germanica veritatis, Panem in corpus Domini mutari, ( quod ea vox Germanicæ Confessionis, Sub specie panis prorsus euincit ac indubitanter fatetur ) ex eo liquet, quod suam primam Apologiam intra hunc ipsum annum 30. sacrilegè immutauit, adulterauit, euiscerauit. Nam tria loca, quæ Carolo V. A & Catholicis omnibus fidem de trãssubstantiatione panis faciebant, in primæ Apologiæ editione liquido allegata, sequente anno detraxit; & alia quædam in eorum locum dolose substituit, & quasi viridantia inanimi verborum folia inculcauit: quæ minus haberent pugnæ, aut hostilitatis contra hostes sacramentarios, ut inferius dicitur fusius. mihi sanè nõ fit dubium si dux Iohan. Fredericus in latina Confessione Augustana istum dolum ad eò

*Dolo Philippi Melancho- nis fuere Prin- cipes Protestã- tes decepti, dum aliud si- gnant in Lati- na Confessio- ne Augusta- na, aliud pro- fitentur in Germanica, ipsorum etiã manibus subj- gnata.*

per-

perniciosum sensisset, eam sua nõ signa-  
 set manu. Nam ita persuasum habuit  
 hoc dogma Christianæ fidei de diuina  
 mystici panis in corpus Domini trãssub-  
 stantiatione, vt in Missa sua Germanica  
 iuxta Confessionem Augustanam con-  
 cepta & in Op. Torgau. publicata iusse-  
 rit inseri suam fidem hac sub verborum  
 formula, *Onsfanckst onder de specie des  
 brodts dat waerachtighe Eychaem ons  
 Herren Christi Jesu.* Sic enim exstat in  
 exemplari Confessionis August. Vve-  
 saliensis anno 62. fol. 111. Accipe sub spe-  
 cie panis verum Domini & c. Cùm igitur  
 Latina Confessio Augustana à sua  
 variet Germanica; quarum vtraque ma-  
 nibus ipsorum Principum Protestantium  
 signata Carolo V. fuit exhibita, dissimu-  
 lato hoc discrimine, quod maximi tamẽ  
 in negotio fidei est momenti, viderint e-  
 ius professores vtramnam earũ pro ve-  
 ra & genuina velint agnoscere; & vtram  
 profalsa condemnare. Vtraque sane sta-  
 re non potest. Alteram enim altera ene-  
 cat, cum pugnantia sibi loquantur, & cõ-  
 traria canant.

Nos nunc Germanicam sua cum A-  
 pologia modo editam in opere istius  
 concordia aggrediamur examinare. An

*CAP. 4.  
 Dolo malo de-  
 lusos esse an-  
 no 80. Princ-*

*hec*

*pes Protestan-* hæc pro genuina & vera sit prudentibus  
*tes suis à Theo-* viris agnoscenda, habenda, atque defen-  
*logis Concor-* denda. Vestra igitur Concordia, Princ-  
*diæ rapsodis.* pes & Ciuitates Protestantes, nō solum  
 hanc Germanicā agnoscit Confessionē  
 Augustanā pro suæ fidei symbolo, vt sa-  
 pius loquimini hoc ipso libro: sed ipsam  
 etiam primā eiusdem Confessionis Au-  
 gustanæ eodem anno editam Apologiā.  
 Nunc igitur mihi, quæso, aduigilate, ac  
 manifestam Theologorum vestrorum  
 fraudem, imò sacrilegam eorum circū-  
 uentionem, ac sceleratissimam omniū  
 imposturam, Theologis & ijs, si Christo  
 meo placet, Euangelicis indignissimam  
 vobis exitialiter factam mecum attenti  
 perspicite. Nolo nunc totā eam perstrin-  
 gere; sed vnum, aut alterum recensebo  
 beneuolis auditoribus locum, vnde suis  
 queant manibus dolum istum malum, imò  
 fraudem Sathana mendaciorum ma-  
 gistro dignam palpate, nedum oculis vi-  
 dere. Vos vestra in Confessione Augu-  
 stana modò ex maiorum vestrorum Ar-  
 chiuis ( vt gloriāmini ) in lucem quasi  
 postliminio emissa disertè profitemini,  
 In cœna dari Sub specie panis & vini Cor-  
 pus Domini.

Quod dogma ceu veritati consonum  
 Euan-

Euangelicæ, fuit in Comitibus Augustanis à Carolo V. & Theologis meis Catholicis approbatum, sicuti & mox con-  
sequuta eiusdem Confessionis Apologia vestra fuit varijs argumentis & ijs irrefragabilibus superius commemoratis confirmatum. quòd panis, vini que natura & substantia mutatur, atque in corpus Domini diuina virtute conuertitur.

*Vide primam orat. huius Querimoniam cap. 5.*

Cui doctrinæ Orthodoxæ, quoniam, quæso, pacto, Principes Protestantes, consentiat, quod nunc fol. huius vestræ concordie 294. mutata fide, verbisque in diuersum imò in contrariū mutatis profiteremini, vos credere distribui sumentibus verum corpus essentialiter cum pane & vino?

Si panis & vinum vna cum vero corpore Domini distribuitur, quoniam modo verè vestra in Confessione fol. 5. B. affirmatis, *Unter der gestalt des brodts vnd weins?* Sub Specie panis & vini verum esse corpus Domini? Si enim est panis species, vti asseritis in Confessione, non est natura, siue substantia eiusdem panis: cum maiores vestri ea senserint esse contraria.

*Quòd Confessio August. in opere Concordie nunc edita enecat Apologiam suam ipsi eodem in opere stolidissime assutans à nouis Protestantium Theologis.*

Si-



Siquidem Species iuxta fidei orthodoxæ analogiã hoc in dogmate opponitur naturæ panis & vini, siue ipsi rei: quæ diuina est operatione in aliud conuersa, & vi cælestis consecrationis commutata. quemadmodum vestri credidere maiores: immò ipsi quoque primæ Apologiæ vestræ authores, varijs testimonijs, iisque omnium firmissimis confirmantes mutari hoc in Sacramento panis vinique substantiam: & ideo non esse panem in S. Eucha. sed corpus Domini, vti, verbis Cyrilli, & Theophylacti, adeoque consensu Ecclesiæ Græcicæ atque Latinæ superius est demonstratum.

Hinc liquidò, & solis luce clarius consequitur hanc veram Confessionis vestræ Augustanæ hoc in Concordiæ opere in lucem authenticis ex Archiuis à vobis met ipsis emissæ doctrinam funditus euerti ab hac noua & immutata prorsus sacrilegè Apologia, eodem vestro in codice comprehensa. Sunt enim manifestò asystata, In Sacramento dari corpus Domini cum pane & vino: quod asferit nouitia isthæc Apologia: & dari corpus Domini Sub specie panis & vini: quod vestra prima, & hoc in concordiæ libro ex Archiuis vestris impressa, ideoque ve-

ra

*Verba hæc sũt in prima Confessionis August. Apologia, cõsensum primorũ Protestantium cum Catholicis disertè loquentia super mystici panis transsubstantiatione.*

*Apologiã in opere Concordiæ funditus euertere Confessionem Augustanam eodem in opere orbi euulgatam.*

ra Confessio Augustana profitetur orthodoxis PP. meisq; Catholicis filiis cōsentaneè. Qua igitur fide vobiscum agāt noui Theologi vestri discordis istius cōcordiæ rapsodi, vos ipsi, opinor, vestris modò videtis oculis; & nisi fallor, vestris manibus tam crassam palpatis fraudem, tam rusticanam, imò dēmoniacam sentitis tandem imposturam vlla tergiverfatione palliari, aut sophistica excusatione fucari nesciam. Certè mirandum immò perdolēter nobis lugendum potius (ô vtinam vobis ad vnum omnibus Deus patrum nostrorum oculos tandē aperiat propitius?) mentem vobis ita abistis phrenopatis, vti Paulus meritò Hæreseon magistros vocat, & mentium deceptoribus fascinari, ne dicam eripi, vt perniciosam istam vobis indignè factam æternæ salutis fraudem nondum sentiatis. Quod non leue prudentibus fuerit iræ diuinæ iudicium, si admoniti nondum sapitis. Si enim animum attenditis, hac vna in re videtis istos prophanos fidei vestræ contra vestros maiores Augustanæ Confess. authores nouatæ magistros vestra de salute suauiter ludētes verba fidei quasi tesseras & taxillos mutare, vt Paulus censuit: qui nouo in-

*1. Tim. 4.  
Phrenopate  
sunt D. Paulo  
dicti nouorum  
dogmatum  
magistri.*

*Ephes. 4:*

N. ho-

nonatæ doctrinæ vento quasi raptivos  
fluçtuantes circumferre, ac in aliud mi-  
seris cum Galatis Euangelium transfe-  
re satagunt, sed in nequitia Hominum  
ἐν τῇ κολοβείᾳ, in alea, siue potius aleatione  
atque artificiosa & vafra fallacia; qualis  
solet esse astutorum aleatorum colluso-  
res suos veteratoriè ac ingeniose fallen-  
tium.

## CAP. 5.

*Apologiã in  
fidem Histo-  
riæ subinde  
peccare gra-  
uissimè, asse-  
rēs approbatũ  
à Carolo V.  
quod certis  
sub conditioni-  
bus fuit ad-  
missum, siue  
susceptũ pacis  
caussa.*

Huc etiam faciat quòd edita modò  
vestrę Augustanę Confessionis Apolo-  
gia falsum subinde narrat contra Histo-  
riæ fidem. Scribit enim Articulum de-  
cimũ approbatum fuisse. quod si de  
Articulo 10. Latinę Confessionis in co-  
mitijs illis Augustanis Carolo V. A. ex-  
hibite intelligunt, à vero est alienum.  
Est enim ieiunus nimium, & aridulus;  
immò inuolutior, quam vt potuerit pro-  
pter exortas iam tunc de Venerabili  
Eucharistia controuersias approbari.  
Nihil enim meminit ille articulus nec  
de vestro pane, nec de panis specie: quod  
omnino fuisset illo Articulo fidei tunc  
explicandum, priusquã idoneam mere-  
retur à Carolo V. Augusto approbatio-  
nem. sin dixerit aliquis Apologiam ve-  
stram respicere articulum 10. Germani-  
cæ Confessionis vestræ, videte, ò mei.  
Prin-

Principes & populorum Primates, an non & is quoque certis sub conditionibus fuerit admissus, tãquam intricatior, & minus, quàm hoc tempore oportuit, explicatus. Nam in illa meorum Theologorum Catholicorũ confutatione vestræ Augustanæ Confessionis ann. 30. die 3. Augusti vobis recitata sic erat ad verbum, vti Daud Chythræus in Historia Confessionis Augustanæ fol. 117. scribit, Decim<sup>o</sup> articulus etiam admittitur. Tamen vt Principes vnà cum eo etiam confiteantur quod sub singulis speciebus totus sit Christus. Alioqui esset corpus sine sanguine, ac ita mortuum: quod scripturis aduersatur. quia Christus resurrexit & nunquam moritur.

*Prima Conditi-  
tio, qua fuit  
admissus 10.  
Confessionis  
August. Art.  
culus à Caro-  
lo V.*

Similiter Principes ita debent Christum sub specie panis & vini confiteri, vt substantia vtriusque in corpus & sanguinem mutetur, ac non amplius panis sit aut vinum.

*2. Conditio:  
,,  
,,  
,,*

Hæc ex illa Theologorum Catholicorum confutatione in comitijs Augustanis anno 30. die 3. Augusti recitata. Duas hic videtis, Principes, à Catholicis meis adhibitas conditiones, sub quibus decimum illum articulum censuerint admitti posse. Existimabant

N 2 enim

enim doctissimi illi mei Theologi infirmam vestram fidem blandis monitis potius, placidè sanandam, quàm asperiore imperfectorum reiectione, aut duriorè minus elaboratæ Confessionis vestræ exagitatione debilitandam, ne acrius ad viuum omnia refecando dissidia isthæc exitialia magis inflàmarentur. Si enim illa fuissent Articulo decimo disertis verbis inserta, vt mei Theologi tunc ordines S. Rom. Imperij admonebant, orta non fuisset postea inter nos funesta illa de permanente in S. Eucharista panæ controuersia. Non igitur vero est consonum, quod vestra in Apologia Theologi Protestantes asserunt, Articulum illum decimum, quem variantem ad eò ( vt quod leuissimum est dicamus ) postea ediderunt, fuisse à Carolo V. & meis Catholicis Theologis approbatum: cum fuerit tantum certis sub conditionibus, quæ expressiorem fidei Christianæ explicabant professionem, admissus. Paris est vanitatis, quòd mutata, immò subinde mutilata & mangonifata Theologorum vestrum Apologia passim iactat, aut conqueritur potius ( callido vsa fuce, ne causâ dissimulatorum argumentorum meis à Catholicis oppositò-

*Altera falsi  
Species in Apo  
logia Theolo  
gorum Prote  
stantium.*

rum simplicioribus appareat) negatum  
 ipsis fuisse Catholicorum ad Confessio-  
 nem Protestantium responsum, siue il-  
 lius Refutationem in Comitij publicè  
 lectam. Atqui Iohannes Eccius meus fi-  
 de apud omnes dignissimus negat Prote-  
 stantes eam non legisse; immò affirmat  
 eam ad manus Philippi Melanchthonis  
 peruenisse: licèt furtim & fraudulen-  
 ter.

Sed plus fidei in eisdem Protestanti-  
 bus Theologis desideret, qui & Confes-  
 sionem Augustanam, & Apologiam ad  
 viuum refecerit accuratius.

Veniant igitur nunc in medium falsa  
 illa dogmata quæ Theologi vestri Ca-  
 tholicis meis affingunt improbè, ne di-  
 cam malitiose: cum ea vel non docent,  
 vel longè aliter docent, immò sic (vti  
 meis Sathanicè affingūt) sentientes, aut  
 docentes Anathemate damnant. Eius  
 generis est, vt ex plurimis paucula nunc  
 memorem, quod Confessio Augustana  
 anno 30. edita in lucem; asserit Catholi-  
 cos docere Christum sua passione (in-  
 quit fol. D. 2. B.) satisfecisse pro peccato  
 Originis, & instituisse missam, in qua  
 fieret oblatio pro quotidianis delictis  
 mortalibus, & venialibus: cùm istud Ec-

*Alie falsi spe-  
 cies plurime  
 in Apologia  
 Confess. Au-  
 gustane dele-  
 ctæ.*

*Catalogus ca-  
 lumniarum in  
 Catholicorum  
 doctrinam ex  
 Confessione  
 August.*

2. clesia Dei Cath. nunquã senserit, aut docuerit. Afferit Confessio Augustana ann. 40. Vvittenb. impressa Catholicos docere homines ( inquit fol. 76. ) cõse. qui remissionẽ peccatorũ propter propriã dignitatem. Item docere, non credendũ esse, quod gratis propter Christũ remissio donetur: cùm ista nemo Catholicorum doceat; immò eos, qui ita sentiunt, habeant pro Pelagianis, aut Iudæizantibus. Rursus articulo de Missa, opinionem sparsam esse in Ecclesia quod cæna Domini (inquiunt fol. 21.) sit opus, quod celebratum à Sacerdote mereatur remissionem peccatorum, culpæ, & pænæ, facienti, & alijs: idque ex opere operato sine bono motu vventis.

3. Item quod applicatum pro mortuis sit satisfactorium, Hoc est, mereatur eis remissionem pænarum purgatorij. Verum hæc nemo Catholicus docet, neque hunc in modum interpretatur missæ meritum, quod totum pendet, nobisq; promanat ex vnius Christi merito. Hæc de plurimis pauca.

Catalogus  
Luminiarũ in  
Catholicorum  
doctrinam ex  
Apologia.

Quòd si Apologiam Confessionis Augustanæ quis aggrediatur excutere, videbit plus sibi operẽ exantlandum in annotandis eius mendacijs, quam Herculi

culi in Augiæ stabulo repurgando. Affirmat Apologia Catholicos Mariam Christo æquare. Res ipsa loquitur (inquit fol. 94 anno 55. edita) quòd publica persuasione beata virgo prorsus in locum Christi successerit. Atqui eam non facimus nedum colimus Deam; sed Dei matrem: non diuino, sed creaturis digno honore colendam; quæ longissimè Christo Domino, vt meritis à Christo filio acceptis, ita dignitate cælitus donata sit inferior.

I.

Rursus fol. 74. Catholici contēnunt Christi beneficium, aiunt; quodque satisfactiones nostras præferimus satisfactioni Christi: quas tamen non nisi ex vniuersi Christi merito dicimus Deo Patri placere, velut riuulos quosdam tenues copiosissimo de fonte in nos Dei filios à Christi spiritu deriuatos.

2.

Item fol. 34. Catholicos impias affingere scripturis opiniones, quod per bona opera mereamur remissionem peccatorum.

3.

Quod bona opera sunt propitiatio ac pretium, propter quod Deus nobis reconcilietur. Quod bona opera propter suam bonitatem sint accepta, nec egeant misericordia, & propitiatore Christo.

N 4

Quas



Quas opiniones verè impias aut Apologia Catholicos defendere: cùm eas execrentur atque pro puro puto Pelagianismo eis anathema dicant.

4. Eiusdè fidei est quod Apologia Catholicis fol. 120. affingit, ipsos scelestè defendere Missam ex opere operato iustificare, quod mereatur remissionē culpæ & pœnæ, etiam iniustis, pro quibus applicatur, si non ponunt obicem.

5. Sic & Apologia anno 31. excusa Scholasticos doctores ait nihil omnino deficere in doctrina pænitentiae dixisse: cum eius fundamentum faciant fidem Christi, sine qua impossibile est placere Deo, docentes ad interiorem pænitentiae motum requiri primò fidei motum in Christum.

6. Denique, vt brevis sim, Catholicos ait eadem Apologia fol. 81. B. vbiq; excluso Christo docere, hominē mereri iustificationem per opera legis: cū hęc impiam doctrinam vnà cum suis auctorib. Iudæis & Pelagianis anathemati subiiciant, nihil sine Christo nec bonorum operum nec meritorum in vllò mortaliū agnoscentes. Sed hic modus esto catalogo mendaciorum ex Confessione, suaq; Apologia colligendo: qui in alium apti-

us reponetur locum. Nunc illorum Anonymorum Confessionis Augustanę defensorum Nūburgi Turingiæ pridem congregatorum aliquot cum illis componamus siue mendacia, siue calumnias: quò liqueat veritatis studio minus candidè istos nouellos Protestantium Theologos agere, minimeque pacis Ecclesiasticę esse studiosos; sed dolo malo dissimulare, immò malignè planèque sycophanticè, ne dicam Sathanice interpretari, atque ad eò data opera deprauare & adulterare, quæ ad faciendam faciunt Ecclesiarum concordiam. Catholicos docere aiunt fol. 123. Hominem viribus Humani arbitrij posse conuerti ad Deum: quod dogma Iudaicę impietatis plenissimum semper progermano damnarunt Pelagianismo. Rursus eos iubere semper dubitandum esse (inquiunt fol. 131.) an simus in gratia, an Deus nos exaudire velit inuocantes propter Christum: cùm certò fidendum, immò non dubitandum ex parte Dei doceant eos esse in gratia, qui sine Hypocrisi ad Deum conuersi sacramenta ritè suscipiunt, Deumque semper omnibus paratissimum exaudire omnes, qui per Christum in veritate ipsum inuocant.

*Catalogus Calumniarum in Catholicos à nouis Confessionis Augustanę Apologeticis confictarum in nouata Nūburgi Confessione Augustana.*  
2.

3. Eiusdem farinae est quod asserunt Catholicos docere quod meremur vitam æternam (inquiunt fol. 146.) per civilem Honestatem, atque externam iustitiam. quod Paganorum dogma nullus vnquam in Catholica Christi Ecclesia docuit.

4. Sed illa maioris est impudentiæ calūnia, quod ibidem adtexuerunt lepidi isti confessionis Augustanæ defensores, Catholicorum doctrinam à blasphemorum Iudæorum, & Mahumetanorum siue Turcarum impietate in rei substantia parum, aut nihil discrepare; cū vera Catholicorum doctrina ab illis impijs plus q̄ bis per omnia dissentiat, vti alibi à quodam ex meis demonstratum est aptius. Ad eandem Iudaici fermenti Massam pertinent & illa, infinitos dies mandari festos (inquiunt fol. 178.) idque sub pœna excommunicationis.

*Vide Apologiam Lindani de Concordia ad Germanos.*

Item Matrimonium Catholicos docere (aiunt fol. 170.) vitæ genus esse impurum & prophanum: quod tamē ipsi norunt inter sacramenta Ecclesiæ Christianæ ab eis censi, atque cū Paulo eos doceré thorum esse immaculatū, & ad animorum corporumque sanctificationem comparatum.

Alijs

Alijs insuper vtuntur noui Theolo- *CAP. 7.*  
 gi vestri artibus improbis & illiberali-  
 bus prorsus, ne strophis dicam sophisti-  
 cis, vt noua suæ perfidiæ dogmata Deo  
 & Christo meo sponso exosa firmiter  
 in speciem constituere imperitis videan-  
 tur.

Verba enim SS. Patrum deprauant,  
 liquidoque adulterant, vt hoc ipsum  
 sentire incautionibus in specie appareat,  
 quod isti cum sibi, tum alijs persuasum  
 volunt. Cum id liquida nequeat verita-  
 te vobis efficere, sophistico vti stratage-  
 mate vicisse sibi videntur.

Quorsum ego hæc vobis nunc verbo-  
 sius referam, o meæ Germaniæ Princi-  
 pes & Optimates, illa tot, & adeo puden-  
 da mendacia illi Superintendenti vestro  
 non postremi loci Martino Chemnitio  
 meis à commilitonibus Andradio, Ti-  
 letano & Lindano iam pridem obiecta?  
 an non Andradius vir eloquentissimus  
 illi vestro superintendenti mutū ac Py-  
 thagoricum tenenti silentium pridem  
 duodecim liquidò enumeravit? An nõ  
 Tiletanus eius scelerata orbi declarauit  
 veterib<sup>9</sup> PP. inflicta vulnera & impudē-  
 ter adeo inflicta, falsoq; sensu cū liquidis  
 ipforū verbis pugnate adulterata, quib<sup>9</sup>

*Vide Tilet.*

*Apolog. to. 1.*

*fol. 22. 46.*

*95. 144. 150.*

*366.*

ex2-

exagitare, non dispuduit Conciliū Tridentinum? An non Lindanus sacrilega illius in D. Augustinum demonstravit verborum eius manifestissimorum adulteria! Quod enim D. Augustinus de S. virginitate cap. 26. ab ipso recitatus disertè docet diuersa esse in cælo merita Satorum, ac Deum bonis virginum operibus mercedem reddere, Chemnitius deprauator Reddere mutat in Dare. Rursus quod D. Augustinus docet in cælo diuersa fulgere meritorum lumina, fraudulenter Chemnitius pro eo supposuit, Ex æquo dari vitam æternam. Sic illud Mercedem reddi, ille sacrilegio suo peruertit in Gratis dari. an nondum videtis eum cum Pseudopropheta lucē ponere tenebras? & malum dicere bonum?

*Vide Lindanū  
de Apostolico  
virginitatis  
voto li. 2. c. 8.*

*D. Augustin.  
deprauatus à  
Chemnitio.*

*Esā. 5.*

*D. Basilius,  
Ignatius &*

Eundem Augustinum vel in Bibliothecis aggressi sunt hoc seculo Evangelici adulterare. Quod enim ille, Qui creauit te sine te, non te iustificabit sine te, dixit affirmatiuè; non dubitarunt adiecta interrogatione adulterare; vt sola illa fides Christianos iustificet apud Deum, qui vnicique reddet secundum opera sua.

Basilij loca de virginitate alibi declarantur.

ran.

rantur deprauata, falsoque reddita, vt & *alij PP. ab*  
 D. Ignatij & aliorum quædã alia in frau- *Euangelicis*  
 dẽ imperitorũ fædẽ peruersa. De Chry- *peruersis fa-*  
 so. variæ sunt variorum querelæ. vt *disimè.*  
 de Confessione Sacramentali, alijsque  
 fidei Dogmatibus. Qui versionẽ Aniani *D. Chrystoffo.*  
 & Trapezuntij Basileæ pridẽ editam cū *vitiatur ab*  
 posterioribus Basilien. anno. 39. & 47. *Euangelicis*  
 conferre non grauabitur, me verum di- *istis.*  
 cere non poterit diffiteri. Idem videbit,  
 qui Commentarium eius in epist. ad Ti-  
 motheum excusserit de illis Paulinis vi-  
 duis: quæ Christo sponso continentiam  
 professæ maritis nupsere.

Eusebium Cæsariensem à V volfgāgo  
 Musculo in factio illo Nectarij cõtra Cõ-  
 fessionem adulteratum iam pridem va-  
 rijs meis à commilitonibus est demon-  
 stratum; potiss. à clarissimo illo veteris  
 Theologiæ illustratore DD. Iohanne *Epiphanius.*  
 Hasselensi. Epiphanium nunc silentio  
 prætereo breuitatis causa, qui volet e-  
 ius Catharos cum Latina peruersione  
 conferat. Nazianzenum de adoratione *Nazianzeno.*  
 S. Eucharistiæ in orat. funebri sororis,  
 qui primam nostri seculi consulet ver-  
 sionem, videbit non esse ex vero aut pla-  
 ne redditum.

D. Cyrilli Comm. in Esaiam depra- *Cyrillus*  
uatas

uatas suis ex Græcis conuincit meus nobilissimus ille promachus Leo Castren. Comm. in Esa. fol. 88.

Eiusdem libellum de spiritali cultu à Iohan. Oecolampadio adulteratum Bonauentura Vulcanius demōstrat præfatione eiusdem libri.

*Nouus Pa-  
nopol.*

De Nouo Panopolitano quid dicā? quem versibus minimum 40. castrarūt in illud aureū D. Iohan. Euangelistæ ca. sextū: quos ex officina Petri Brubachij Francfordiæ ann. 41. emiserunt. eadem & in Paraphasi Heghendorphini desiderantur, quæ cōtra nouos Capharnaitas Caluinistas nobis nō leuia subministrāt arma.

*Paschasius.*

De Paschasio Ratberto quid commemorem, quē Iobus Castus ita suis vulneribus & emplastris deformauit, vt sui nō sit similis, imò si renascatur se vel ipse non agnoscat. Thomam Cempisium vt Castalio castrarit & semimastrarit, quid attinet hic cōmemorare? Sicuti & Georgium Cedrenum & Martinū Polonum, aliosq; ab huius seculi hominibus misere dilaniatos aut deprauatos nunc silentio præterire est animus.

*Thomas de  
Cempis.*

*Conciliū Nice-  
nū ab Euan-  
gelicis deprā-*

Quid singulos scriptores percurro? Synodis oecomenicis manus adferre nō dubit-

dubitant sacrilegas. Canonē Cōcilij Ni-  
ceni de baptismo Iohan. Oecolāpadius  
violare audeat Dialogis de Cēna.

*uatum.  
Vide R. Sata  
tesium de  
Eucha. 99.  
Theophilae.*

Theophilactū, & D. Chrsoltomi Ba-  
bylam vt suis peruerſionib. idē Oecolā-  
padius dilaniarit, & deprauarit nō pauci  
hoc ſeculo a ditiſ in lucem doctiſſ. ſcri-  
ptis declararunt.

Symbolū etiā Nicenum ſiue Atha-  
naſianū nobilis ille Chriſtomachus Be-  
za mutilare non erubuit. Græcum hoc  
Symbolum ſuo nouo teſtamēto appref-  
ſum illo articulo inuiolauit, Deū de deo.

*Symbolū Nicœ  
num Euange-  
lici mutant.*

Illud mihi non eſt ſilentio prætereūdū,  
exſtare Acta Concilij Octauī, quæ Ma-  
thias Illyricus venalia quibuſdā obtru-  
ſit: ſed in quibus liquidò apparet mani-  
feſtum eiꝯ plagium. Vbi enim nunc e-  
iꝯ deprauatione legitur, Aſidentibus

*Conciliū Con-  
ſtantinopol. &  
ab Illyrico de-  
prauatum ma-  
niſeſta fraudis  
lentia ex odio  
Ec. Roman.*

Rom. Eccleſiæ legatiſ: accuratiꝯ ductū  
literarum intuentibus veſtigiaque rimā  
tibus liquet olim in Autographo fuiſſe  
Præſidentibus Eccleſiæ Roman. legatiſ.  
Elementum enim A. eſt ſophiſticè longi-  
ꝯ atque craſſiꝯ deductum & protra-  
ctum, vt litera P. obfuſcaretur.

*orto.*

Sed hæc priuatorū dicetiſ eſſe peccata:  
quæ ſuo tēpore aut caſtigāda ſunt, aut di-  
gniſ fuſtiganda fuſtibꝯ. Accipite igitur

Prin:



Principes & popularū Optimates, quæ publico vestro sunt nomine aut sceleratè adultera & deprauata, aut impiè mutilata.

Amultis enumerandis, ne cui sim fastidio, nunc prudens superfedebō. quis enim esset (ō infelix istud seculum pendendis miseris hominibus, & ijs Germanis, meis filijs charissimis natum!) istarum fraudum prorsus exitialium ab Evangelicis vestris incauto meo Dei populo structarum aut finis, aut modus?

Vnum igitur suffecerit plurimorum instar, quod vobis (modò vestros non dedignamini à veritatis sole non auertere oculos) meridiana luce clarius demōstret quam fide vestrates Theologi mecum egere hactenus in huius temporis de fide Catholica controuersijs. Litè mihi capitalem inter cætera mouetis de pia sanctorum meorum filiorum cum Domino Christo nunc regnantium profuperstitibus suis fratribus apud cælestè nostrum Patrem intercessione, aut fraterna opitulatione. Quam vt vna cum Turcis, communibus nostris ijsque iuratis hostibus abolerent quidam vestri Protestantium Consiliarij Politici cum Cathedrarijs istis nouis Theo-  
logis,

logis, videte obsecro vos vestram per sa-  
lutem æternam, videte quam sceleratè,  
quam irreligiose, quam denique sacrile-  
ge hac in re sunt versati. Destituti legiti-  
nis argumentis, quibus pium totius an-  
tiquitatis Catholicæ atque Orthodoxæ  
Dogma profligarent, ad deprauanda D.  
Ambrosij mei verba, nescio an stolidius  
an sceleratius, sunt conuersi.

Hoc igitur fidei Christianæ dogma  
indubitatisimum D. Ambrosio locis  
plurimis, vt libello de viduis, Comm. in  
Lucam, & alibi confirmatum, vt labefa-  
ctatum funditus euerterent, aurea eius  
verba, ex Comm. in epistolam ad Rom.  
non pauca fraudulenter mutarunt, quæ-  
dam subdolè omiserunt, quædam sophi-  
sticè variata suum ad institutum detor-  
quere non dubitarunt.

Quod ille dixit Reseruetur Deo; illi  
recitant Seruiatur Deo: quod & Chem-  
nitius suo illo Cyclopico examine ad-  
modum sceleratè, vt alia non pauca, sce-  
lere pari deprauauit. Item loco Illi, suf-  
farcinarunt Nihil, ac pro Istorum, frau-  
de sacrilega substitutum est Iustorum.

Ad hæc maximam sententiæ aureæ  
meram spirantis Ambrosiam decurtant  
portionem. sicuti & Principio Periodi

O

par.

*D. Ambrosij  
noui Protestan-  
tium Theologi  
et Consiliarij  
male multa-  
runt ann. 60.  
Naumburgi.*

*Omittunt  
quædam.*

*Mutant quæ-  
dam.  
Seruiatur  
Deo, pro Re-  
seruetur.  
Nihil pro Illi.*

*Iustorum pro  
Istorum.*

partem potissimam audebant, ceu caput corpori, auellere, vt mutilata sententia, Ambrosius aliquid suo figmento videretur imperitis habere non dissimile.

Sed quid mirum istud eos sacrilegium facinusque flagitiosum, & flagris, immò exilijs dignissimum in SS. Orthodoxos PP. moliri: cum & suo met non parcant Magistro Luthero, quem reuerendum tamen verbis quidem dicunt suum Patrem. opera enim eius quam varia suis à discipulis in lucem prodeunt, quam pugnantia, quam contraria?

*Quòd vel sui  
magistri Lu-  
theri verba  
deprauant.*

Istud vobis ex collatione operum eius V vittenbergæ ac Ienæ in lucem editorum notius est, quam vt sit pluribus differendum. Iohannes Aurifaber hac de re libellum in lucem pridem nobis dedit: quo demonstrat longè aliam esse librorum Lutheri editionem Ienensem, aliam V vittenbergen. quod allatis vtriusque editionis exemplis ita liquiddò euincit, vt nemini hac de re vllus superesse queat dubitandi scrupulus. Confer enim per columnas vtriusque editionis verba, & ea sibi aduersaria folis luce clarius demonstrat.

Si quis hac de re sibi porro ambigen-  
dum

dum putat, legat opus, quod ex Actis  
 Synodicis contra Illyricum, & Gallum,  
 aliosque istorum manipulares edidere  
 anno 59. Theologi Vvittenbergen. v-  
 bi sub finem ita scribunt, Detestamur  
 meritò, inquit, & malitiam eorum,  
 qui, vt explerent sua erga nos odia, & de  
 manibus pia scripta excuterent; quibus  
 quicquid habent de doctrina nostra  
 notitiæ, coguntur referre acceptum,  
 velint nolint, in editione Tomorum  
 Ienenfium omiffis his Lutheri testimo-  
 nijs, alibi infarferunt virus suum, ca-  
 lumnijs temperatum & mendacijs.  
 Hoc vere est Lutheri scripta corrup-  
 pere. Ita ad verbum illic quiritantur  
 discipuli Lutheri Vvittenbergici con-  
 tra Ienenfes Lutheranos & alios Saxo-  
 nicos. Quod multis? Iacobus Andreas  
 aliquando verbis Lutheri priuato in col-  
 loquio vrgebatur ad deserendam suam  
 Vbiquitatem ceu veræ Lutheri sui do-  
 ctrinæ aduersariam. Tum ille, hæc ver-  
 ba, inquit à Philipp. Melanchthone ad-  
 lecta fuere in tomis Vvittenbergen. Ita  
 de Vvittenbergensib. quiritatur Vvir-  
 tenbergenses siue Tubigenses Lutheri  
 discipuli.

*Querela Vvittenbergens.  
 Theologorum  
 de falsarijs su-  
 is belli sacri so-  
 cijs Lutheri-  
 nis.*

*Philip. Melan-  
 chthonē cri-  
 mine falsi  
 notat Iac. An-  
 dræas.*

*CAP. 8.  
 Quòd Luthe-  
 ro aduer-*

Sed quid mirum sophos istos ad sua

O 2 no-

*sanctia docent  
isti Concordiæ  
authores, fide-  
les nimirum  
Lutheri disci-  
puli.*

5.  
*De epistola  
D. Iacobi à  
Luthero im-  
probata.*

2.  
*De SS. inuo-  
catione Luthe*

noua placita statuenda sui Magistri verba deprauare, qui ex professo ipsi Luthero suo Apostolo audent repugnare? quod varijs potest demonstrari exemplis. Quid ille de D. Iacobi epistola scripserit, liquet ex Præfat. & Comm. in Genesin. Isti autem hoc in opere Concordiæ suam exponentes de fide sola iustificante doctrinam nouam, eam fol. 278. reuerenter pro Canonica agnoscunt, ac plurimis verbis demonstrare satagunt cum D. Paulo non pugnare D. Iacobum: ne verbum Dei vlla sui parte sibi videatur imperitis esse aduersarium.

Hinc factum, vt biblia Luthero non tam interprete quam deprauatore, imò Judaizante corruptore in lucem recens edita, quasi erroris magistri istos fideles iam dispudeat discipulos, hanc D. Iacobi epistolam ad Caluini censuram citra omnem venenati iudicij Lutheri mentionem nunc quasi Catholicam siue Canoniam orbi proponunt legendam. Sic enim videre est in magnis Biblijs Lutheri anno 70. Francfordiæ iussu Illustrissimi D. Ducis Vvittenberg. in lucem editis. Sic & doctrinæ sui Lutheri aduersantur fideles isti discipuli de SS. Inuocatione. Quam pie namque de hoc scripsit

serit dogmate, his ex eius verbis liquet. *ro contrarium*  
 Quæ sunt in eius ad Georgium Palati- *docent isti cõ*  
 num quæ exstat, epistola. mi Spalatine, *cordia non a*  
 inquit, non fuit mens mea vnquam ve- *fabri.*  
 nerationem sanctorum esse superstitio-  
 sam, neque inuocationes pro causis vel  
 corporalissimis. Hoc etenim sapiunt  
 Hæretici vicini nostri Picardi, & Bohe-  
 mi. &c.

Item epist. ad Erffordenses, finite vt  
 diuorum implorent nomina, quando i-  
 ta volunt. Rursus in respons. ad Loua-  
 nienses, Non negavi vnquam nos meri-  
 tis (inquit) & precibus sanctorum, quã  
 tumlibet imperfectis iuuari: quod sub-  
 dole mihi inurere conantur miseri Ho-  
 mines. Ipse ergò Luther<sup>9</sup> etiam diu post  
 suam à Catholica Dei Ecclesia excom-  
 municationem non solum sinendam,  
 aut permitrendam voluit ceu piam & le-  
 gitimam Sanctorum inuocationem: sed  
 adeò eam tollere noluit, ceu superstitio-  
 sam aut idololatricam, vt se de hac do-  
 ctrina impia quasi falsò sibi imposta  
 purgarit, immò Hæreticos appellat qui  
 ita cum Hæreticis Picardis (inquit) &  
 Bohemis sapiunt. Causas cur ita Luthe-  
 rus seherit, Bucerus eius amicus diserta  
 exposuit oratione pijs nixa ratiocina-  
 tioni.

*Bucer<sup>9</sup> eandẽ  
 SS. inuocatio-  
 nem probat  
 ceu religio-  
 sam.*



tionibus. Si quis (inquit ad Episcopum  
Abricensem) perpenſa illa Dei infinita  
in ſanctos indulgentia & facilitate, & ſi-  
mul illorum in nos miſeros adhuc cōſer-  
uos ſuos & commembra charitate, animi  
ardore huc prorumpat, vt illos ceu præ-  
ſentes præſens appellet, proque ſe inter-  
cedere ad Deum roget, id, licet in nulla  
ſcriptura doceatur, ſi ſic tamen fiat, nulli  
damnamus. Et poſteà, in animis (inquit)  
ſic comparatis, vbi videmus nihil tribui  
humanis meritis, ſed omnia veræ miſe-  
ricordiæ Dei & redemptoris noſtri Ieſu  
Chriſti, ita quod diuos vt pro ſe orent,  
inuocant, licet id faciant abſque vlllo &  
ſenſu, & exemplo ſcripturæ, damnare ta-  
men non poſſumus. Atque hunc ſolum  
in modum videmus Orthodoxis patri-  
bus Sanctorum cælitum inuocationem  
uſurpatam & traditam.

3. Iam illud Chriſtianorum omnium  
dogma de purgatorio Lutherum in fine  
vſque vitæ obtinuiſſe Catholicis meis  
concorditer notius eſt ſimul & indubi-  
tatiuſ, quam vt quiquam iſtorum à Lu-  
thero defectorum, immò ſemi Luthe-  
ranorum discipuli queant inficiari. Nā  
varijs in locis, immò in diſputatione Li-

*In Dogmate  
purgatorij ad  
uerſantur Lu-  
thero Apoſto-  
lo discipuli.*

*pſica*

pfica se certò scire afferit vester Euan-  
gelicus, esse post hanc vitam Purgato-  
rium. vnde & in Confessione suæ fidei  
sub vitæ finem anno. 45. edita docet lice-  
re pro mortuis orare.

Quin etiam Confessionis Augustanae Apologia diserte profitetur, licere  
pro mortuis orare. scimus veteres lo-  
qui (ait fol. 119.) de oratione pro mor-  
tuis, quam nos non prohibemus.

*Confessio Lu-  
theri Germa.  
fol. 54. VVit-  
tenbergæ an-  
no 1545.*

Ita quidem Confessio vestra Augu-  
stana illa prima anno 31. impressa V vit-  
tenbergæ, sic & Augustæ anno 35. edi-  
ta. Item anno 40. V vittenbergæ per  
Georgium K hau. Similiter anno 53. im-  
pressa Frâcoforti per Petrû Brubachiû,  
& aliæ alibi. Has omnes, opinor, suffice-  
re vt orbi demonstrent quænam sit ve-  
ra Apologiæ Confessionis August. do-  
ctrina, nimirum eam tradere, Luthera-  
nos, siue quis malit, Protestantes, senti-  
re licere orare pro mortuis. nam oratio-  
nem pro mortuis ( inquit ) non prohi-  
bemus. Si non prohibent, non senti-  
unt veri Confessionis Augustanæ pro-  
fessores impium esse orare pro mortuis.  
ideoq; nec Dei verbo aduersari. Quod  
vel inde manifestû est quod Calvinistarû  
quidâ, qui sese Confessionē Aug. et si suf-

*Apologiæ suæ  
Confessionis  
Augustanæ  
aduersantur  
noui Protestan-  
tiû Theologi.*



cipere profitentur, potissimum illam secundam, & deprauatam decimi articuli editionem: nolunt tamen eius Apologiam suscipere propter hanc, & alias similes causas, vbi meis Catholicis iuxta Dei verbum consentire conuincuntur.

*Iustus Ionas  
Apologiam  
Confessionis  
August. mu-  
tilat & de-  
prauat an. 33.*

*Mutilatā A-  
pologiam Con-  
fessionis Au-  
gustanæ noui  
Protestantiū  
Theologi orbi  
pro prima illa  
incorrupta ob-  
trudunt in o-  
pere isto Con-  
cordiæ.*

Sic Hiero. zanchus scriptor non obscurus suis in miscellaneis disertè scribit fol. 287. plurima enumerans capita, quæ non possent in Apologia probari. Hoc vbi V vittēbergenfes Theologi animaduertent, Iustum Ionam ad conuertendam Germanicè pertruserunt, qui suo veteri pro agnomine Coquus appellatus, audacter eam truculenti coci more iugularet, mutilaret, dilaniaret. In hunc ergo Apologiæ locum vbi coquus iste ac truculentus lano incidisset, suo egregiè functus est laniandi officio Nam quædam de suo adiecit quasi culinarij condimenti loco; sed eam liberalitatem atrocissimo 18. linearum vulnere compensauit. Plurima enim omisit, quæ ad concordiam faciunt de pia pro defunctis oratione: sed hoc præcipuè caput aboleuit, quod manifestam habet Protestantium veterum cum Catholicis meis concordiam. Eam Apologiam Confessionis Augustanæ sic deprauatam, sic mutilatam

*lancam*

latā, sic adulteratā audēt pro illa prima or-  
 bi obtrudere, adeoq; huic vestre Cōcor-  
 diæ fraudulenter insertā inuulgare, imò  
 gloriari sese primam reuerenter suscipe-  
 re. An nondum videtis, ô mei Princi-  
 pes, quam suauiter homines isti vestra  
 de salute ludunt æterna? an nondum vi-  
 detis eos de illorum esse numero, qui lu-  
 cem ponunt tenebras; & bonum dicunt  
 malum, & malum bonum? An istam ne-  
 sciunt fraudem à Iusto Iona in hac Apo-  
 logiæ versione factā? Sciunt sciunt pro-  
 cul dubio, sciunt: sed vos suis fraudibus  
 fallere non desinunt, quos suis blandis  
 sermonibus sentiunt plus æquo credu-  
 los, quia vobis (vti propheta deplorat)  
 placencia loquuntur, ideo suis benedicti-  
 onib. & blandiloquentijs seducunt cor-  
 dia simplicium, seu innocentium, ac mi-  
 nus quam par est, serpentina illa pruden-  
 tia vtentium. A qua ingenij simplicitate *Rom. 16.*  
 vos euestigiò, precor, liberet meus Chri *Esa. 30.*  
 stus: qui vobis cælestem illam columbi-  
 nam simplicitatem augeat, & prudentiā  
 illam de serpēte Euāgelico haustam lar-  
 giatur.

Cæterum, vt breuis sim, Dogma de 41  
 Vbiquitate quod noui isti semi-Luthe-  
 rani Theologi in orbem ambitioso cona-

tu pro nouo inuehere conantur Idolo,  
quam Lutherus claris refutat verbis.

93

92

Sic enim libro de vltimis verbis Dau-  
dis scribit, Sed à momento illo inquit,  
quo Deitas & Humanitas vnitæ sunt in  
vna persona, Homo iste Mariæ filius  
est, & nominatur omnipotens, æternus  
Deus, potentiam æternam habens, om-  
nium créator & conseruator per cõmu-  
nicationem Idiomatû, propterea quod  
vna cum deitate persona, atque adeò ve-  
rus Deus est. Rursus luculentioribus  
verbis in eodem libro. Sicut duæ natu-  
ræ in vnã personam vniuntur, sic vni-  
untur etiam nomina vtriusque naturæ  
in nomen vnius personæ; id quod nomi-  
natur communicatio Idiomatum, vel  
proprietas, & Homo dicitur & est  
natus ex virgine Maria, & à Iudæis cru-  
cifixus. Idem nomen debet etiam tribui  
filio Dei & dici, Deus est natus ex Ma-  
ria, & crucifixus à Iudæis. quia Deus &  
Homo est vna persona, & non duo filii,  
alter Dei, alter Mariæ, sed vnus, idem-  
que est filius Dei & Mariæ. Porro de ve-  
ra Lutheri sententia ne quis dubitet, au-  
diamus, precor, quid Lutherus tota cõ-  
Academia Vvittenbergen. hac de re as-  
seruerit. Sic enim legitur in Articulis

Baua-

Bauaricis. Accuratè refutarunt Euty-  
 chē Theodoretus, & Vigilus Martyr.  
 Et vetera dicta opponantur Svencfel-  
 dij, & aliorum clamoribus: qui audacter  
 similia spargunt Eutychnianis, & delent  
 doctrinam de communicatione Idio-  
 matum. In his quorumdam tanta est pe-  
 tulantia, vt fingant duplicem commu-  
 nicationem Idiomatum, aliam Dialecti-  
 cam, aliam Phyticam, quæ est confusio  
 naturarum.

Hanc genuinam Lutheri doctrinam  
 Ubiquitarijs aduersariam adeò quibus-  
 dam istorum nouæ concordiaë authori-  
 um displicuisse liquet, vt grauissimè cū  
 illis edito vario scripto exoptularint,  
 qui hoc Dogma ipsis tribuerent: multis  
 rationibus illic improbantes, quod nūc  
 probant dum bellis istis noui Idoli fa-  
 bris assentiri malunt, quam agnitam pri-  
 dē, imò libris suis defensam constanter  
 retinere. Quid dico libris in vulg' editis  
 defensum! imò quam publico Synodi  
 Dresdēsis anno 71. habitæ quasi Symbo-  
 lo in orbem edito audebant profiteri.

In eo symbolo (quod breuem appol-  
 litant Orthodoxę Cōfessionis repetitio-  
 nē Ecclesiarū et academiā duci lecto-  
 ri.

ri.

—  
 22  
 22  
 22  
 22  
 22

ri Saxon. Augusto parentium, præter alia controuersa dogmata, quæ ex verbo Dei sese confiteri, docere, ac defendere iactitant, asserunt & istam Ubiquitariorum doctrinam non solum suo à Luthero (cuius varia hanc in rem recenserent testimonia) damnatam, sed & perpetuo consensui Prophetorum & Apostolicorum, & Confessionibus uniuersæ Orthodoxæ ecclesiæ repugnare.

*Fol. C. 4. B.*

*Fol. C. 5. A.*

Immò semper fuisse hanc Ubiquitatis doctrinam uniuersæ ecclesiæ, totique orbi Christiano, inde usque ab initio incognitam. Recte igitur in fine Confessionis istius nouæ Saxonicæ anno 71. editæ scribunt sese non modò istam nouam Ubiquitariorum doctrinam, quæ Chaos

*Fol. D. 5. et 6.*

*Fol. D. 5.*

*Fol. D. 6. B.*

ingentium prophanationum & deprauationem articuli de duabus in Christo naturis, adeoque renouationem damnatissimarum Hæreseon Euthychianorum & Monothelitarum vocant, sese suo suffragio non posse comprobare, verum circa finem Confessionis profitentur etiam de hoc Ubiquitatis articulo secus docentes, quam ex Luthero, & consensu Orthodoxæ ecclesiæ demonstrarint, verbo Dei repugnare, totique consensui Orthodoxarum atque Apostolicæ aduersari doctrinæ

doctrinæ seseque eos improbare.

Videndum igitur tibi D. Elector Illustrissime Dux Auguste, videndum tibi quam parum tibi consulis, qui modò videns pugnantem ad eò ipsam de Vbi-  
 quitate doctrinam ab eisdem tuis Theo-  
 logis & Academiarum Professoribus  
 Georgio maiore, Selneckero & alijs ni-  
 fallor plurimis ante annos nouem im-  
 probatam, immò pro manifesta Lu-  
 theri, & verbi Dei corruptela, & indu-  
 bitata Hæresi Eutychniana damnatam,  
 nunc ab eisdem (ô constantiam Theolo-  
 gicâ!) pro verbo Dei toleras tibi obtru-  
 di, totique orbi impudentissimè vendi-  
 tari. Sed nunc ad alia est nobis transe-  
 undum. Suffecerit enim hic quaternio  
 ad conuellendam & labefactandam, ad-  
 eoque subuertendam istorum nouorum  
 Protestantis partis Theologorum non  
 solum suo Luthero: sed sibi etiam ipsis  
 aduersantiū fidem omnem & authorita-  
 tem apud eos, quibus mens non est isto-  
 rum Phrenopatōn seductorum & im-  
 postorum præstigijs delusa aut fascino  
 verius dementata.

Nunc paucis venit demonstrandum *CAP. 9.*  
 exemplis, eos diuinis quoque Scripturas  
 ad sua constituenda nouorum dogma-  
 tum

*Quales magi-  
stros sequitur  
Lutherus in  
stabilienda  
sua humana  
doctrina.*

tum idola, sceleratissimo Lutheri sui ex-  
emplo temerare, adeoque liquido & eu-  
denter peruertere, vitiare, deprauare,  
adulterare. Postquam Lutherus meo  
corpore velut inutile ac noxium, immo  
blasphemum, pestilensque membrum  
gladio spiritus esset præcisus, ac exem-  
plo Hymenæi & Alexandri Sathane tra-  
ditus, vt disceret non blasphemare, vide-  
te, ô mei Principes, videte, quam sit  
ingressus via, vt nouam sui pseudo eu-  
gelij doctrinam stabiliret. Certè non a-  
lia, quam olim eius maiores Heretiar-  
chæ, Marcion, Arrhius, Macedonius &  
Theodorus Coriarius.

*1.  
De epistola  
D. Iacobi à  
Canone proie-  
cta per Luihe-  
rum.*

Primum igitur sacrosanctum Diuina-  
rum Scripturarum Canonem violare ag-  
greditur, librisque aliquot decurtare, de-  
inde S. Scripturam, quam sibi accisam  
videri voluit belle obtinere, varijs locis  
aut mutilauit, aut vitiauit, aut denique  
adulterauit. vt ex subtextis meridianis  
spero, luce liquebit clarius exemplis. No-  
auditum à Christianorum memoria illud  
de sola fide iustificante, sine pijs ope-  
ribus Dogma vt statueret, quia ei ex dia-  
metro aduersabatur aurea illa D. Iacobi  
Apostoli epistola, eam multis contumel-  
ijs vexatam ne infans dicam conuictijs con-

conspuatam foedisque Lædorijs infamata Lutherus de S. Canone sacrilega proiecit censura, impurisque suis verbis quasi pedibus nefarie conculcauit. Adeo enim in eam furiosè insaniuit, vt non modò nihil Apostolici Spiritus habere assereret: sed stramineam etiam fœdo conuitio appellare bacchantem non dispuduerit.

Quàm indignè, ne furiose dicam, Lutherus sese hic gesserit, socij Protestantes, vel inde vobis liqueat, quod sacrilegum eius factum Euāgelicus vester frater Iohan. Calvinus præfat. in eandem epistolam execratus multis argumētis eam cōtra iniquissimam Lutheri censuram tueri sit aggressus.

Sed quis nam de insano isto hoc Lutheri studio superest dubitandi locus, cum vos ipsi nouos vestrates sequuti Theologos, eius discipulos, ipsum impij damnatis sacrilegij? nam hanc ipsam epistolam D. Iacobi hoc in vestro Concordiæ opere allegatis fol. 278. quasi Canonicā, vt paulò inferius declarandum veniet prolixius.

*Protestantes suū damnant Lutherū, dum eius censurā in opere Concordiæ discerunt de epistola D. Iacobi: quam nunc recipiunt Canonicam.*

Certè in noui testamēti editione iussu Illustris. D. Ducis Vvittenbergen. anno 70. in Catalogo librorum noui testamen-

men-



224 QVERIM. ECCLE. CATH.  
menti citra vllam censuræ Lutheri notã  
accensetur.

2.  
*De libris Machabæorum  
S. Canonè sacrilega audacia deturbatis  
per Lutherũ.*

Quia impio suo Dogmati nouãdi studio aduersari Lutherus sensit libros Machabæorum, q̄ manifestius illic cum orandi, tum sacrificandi pro pijs fratribus vita functis traditur exemplum, maioribus nostris lectissimis Dei filijs probatissimum, aliam non inuenit infelix viam, qua euadens adeò & irrefragabile sibi repugnans elideret immò eluderet argumentum, quam vt totos illos cum Iudæis aboleret libros, authoritatemque sacrilegus detraheret Canonicam.

*Vide Conciliũ  
Laodicenum  
& 8. Constantinopol.*

Sed quàm id fecerit irreligiose cõtra diuinum veteris Ecclesiæ præiudicium, & sacrosanctam priscarum Synodorũ authoritatem, vnus D. Augustinus vobis, ni fallor, modò ei fidẽ habere dignamini, persuadeat. Hac de re differens, hos libros Machabæorum, inquit, li. 18. de Ciuit. Dei Cap. 36. non Iudæorum suscipit Synagoga, sed Christianorum Ecclesia.

3.  
*Daniel mutilatus à Luthe-  
ro cum suis  
Rabbinis Iu-  
dæizante.*

Eosdem Iudæos magistros Lutherus infelix discipulus sequutus Danielem Prophetam duobus mutilare ausus est capitibus; quæ Historiam illam omnium Christianorũ ore celebratissimam de castissima

stissima Susanna & Dracone abolito cō-  
tinet, in magnū piorū omnium solatium  
à S. Spiritu relictam, & doctissima illa  
propheticorum 70. Interpretum editi-  
one Christianis Ecclesijs per Apostolos  
initiò traditam. Quod si recipitis quod  
in plerisque omnibus Latinis legitur ex-  
emplaribus, ea duo cap. ex Theodotio-  
nis versione esse translata, procul dubio  
ille Christianorum Hostis iuratissimus  
non vertit, quod Hebraicè, aut Chaldaicè  
tunc temporis non exstabat. Certè  
Origenes aurea illa ad Africanum episto-  
la testatur sua ætate anno Domini 200.  
in secretioribus Iudæorum eam exstare  
archiuis: quam nostræ Religionis æmu-  
latione, alijsque ex causis illic comme-  
moratis, vt & quedã alia diuinarū scriptu-  
rarū fragmenta inuidè nobis occultant.

Pari temeritate & illam secundi cap.  
pericopen, Et ambulabant in medio flā-  
marum, vnà cum laudatissimo pijs vbi-  
que omnibus trium puerorum hymno  
Benedicite omnia opera Domini Do-  
mino, detruncavit: quam tamen Codi-  
ces vèteres testantur & à Theodotione  
hoste nostro de Hebræo conuersam.  
Quasi verò pijs verbum Dei non sit ha-  
bendum, quod nouitij quidam Iudæo-

P rum

*Theodotion  
Gracè nō ver-  
tit, quod He-  
braice, aut  
Chaldaice nō  
legisset.*

*Vide Origenē  
epist. doctiss.  
ad Iulianū Afri-  
canum de Ca-  
nonica Susan-  
næ historia,  
& alijs.*

*4.  
Locus 2. Ca-  
pituli Danielis  
mutilatus à  
Luthero.*

226 QVERIM. ECCL. CATH.  
rum Christomachorum nunc temporis  
non habent codices!

5. *Epistolam ad  
Hebræos Lu-  
therani reijci-  
unt.* Audaci hoc Lutheri exemplo instiga-  
ti discipuli epistolam D. Pauli ad Hebræ-  
os scriptam de sacro audent præcidere  
Canone. quod quam faciant impieta-  
te Pomeramus, & alij aliquot, alibi tra-

6. *Librum Iu-  
dith Luther<sup>o</sup>  
de Canone  
abijcit.* stabitur aptius. sic & nunc silentio præ-  
tereudū nō arbitror Lutherū à libris ve-  
teris Testamenti reijcere, ac inter Apo-  
crypha contra Ecc. iudicium cū Iudæis  
recensere librum Iudith, quē tamen Cō-

*Vide D. Hie-  
ron. Comm in  
Proph. et epi.* ciliū Nicenū teste D. Hieronymo  
Canonicū declarauit. Item librum Sa-  
pientiæ, Tobiam, Ecclesiasticū, Baruch,

*Libros pro Ca-  
nonicis agni-  
tos Lutherus  
vitianit exē-  
plo Theodori  
Corarij.* cum Machabæis & parte Danielis, in-  
quit, & Esther. Nunc ad eos transear  
oratio libros diuinos, quos Lutherus  
veluti retinens colit, eis que diuinam tri-  
buere videri vult authoritatem. Hos  
singulari quadam impietate aut muti-  
do violare, aut sua figmenta assuendo  
vitiare, aut denique peruertendo ad alte-  
rare non erubuit.

Quam multa diuinis Psalmis detra-  
xerit Hemistichia Lutherus, semilace-  
res Hebræorum nouitiorum codices a-  
mulatus, huius non est loci diffusus cō-  
memorare. Qui conferre non grauabi-  
tur,

tur, verum me dicere psal. decimotertio & 117. & 138. agnosceat, vt & alijs plurimis.

*Loca à Luthero ad sua humana Dogmata statuenda impiè vitata.*

Quò humanam suam doctrinam aliquo verbi Dei testimonio sibi, suisque asserere videretur, illis D. Pauli verbis, Arbitramur Hominem fide iustificari, suum illud, Sola, temerè, immò impiè audebat attexere. cùm D. Paulus sola legis opera illic à iustificatione Hominis Christiani velit exclusa; non item pios bonorum operum ex Christi spiritu ac fidenatorum fructus: quibus iustitiæ nomen, titulum ac elogium, ipse suo in verbo ascribit Deus.

1. Rom. 3.

*Addit D. Paulo Luthero vocem Sola, contra fidulum disputationis Paulinæ.*

2. *Vide conuinciles eius sermones In Tischredē, fol. 365.*

Sic vt figmentum Orthodoxis P P. nostris inauditum fidei suæ Specialis (vt Lutherus ipse suis in symposijs apud combibones solet gloriari) Verbo Dei quasi palliaret, illud psalm. & o. spiritum rectum innoua in visceribus meis, aduiterauit reddens, gib mir einen neuen gewissen geist. Spiritum nouum & indubitatum; & nihil de obtinēda æterna salute ambigentem. Atqui rectum & iustum facientem spiritum postulat Propheta: quo à peccati deuio in directam diuinæ iustitiæ semitā reducatur, & rectus, iustusque efficiatur.

*Vocem Rectam deprauat Lutherus in certum, & indubitum.*

P 2 Nunc

oris  
stiga  
ebre  
dere  
ieta  
itra  
præ  
s ve  
Apo  
idais  
i Cō  
ymo  
m Sa  
ruch,  
, in  
m feat  
veru  
n tri  
Hos  
utili  
endo  
dulte  
etra  
ilace  
zes  
is cō  
uabi  
tur,

Nunc in medium veniant aliquot verbi Dei loca, quæ instar Marcionis Pontici, aut Arrhij, aut Macedonij pervertendo, aut corrupendo deprauavit Lutherus. Apostolorum & Sanctorum ad vnum omnium honorem & cultum aboliturus, illud prophetæ Dauidis oraculum, mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus! suos cæcos Iudaizantes Rabbinos sequutus pervertit, Quæ preciosæ mihi sunt Deus cogitationes tuæ, quam magna est earum summa!

3.  
*Contra sanctorum cultum.*

4.  
*Contra pia opera Deo gratissima.*

Quò pia piorum Hominum infamaret opera, & veluti omnia sint fœdissimis peccati fordibus contaminata & Deo execranda, illam Dauidis psal. 50. confessionem, Tibi soli peccaui, magna & horribili audacia vitare audent, Tibi solum pecco. & nequid super sit pudoris ingenui, addunt suos improbiore discipuli commentarios, Philippus locis Comm. ann. 525. in orbẽ proiectis. Tibi solũ pecco. hoc est quidquid ago, pecco; vti & Brentium non dispuduit contra veritatem Hebraicam hoc deprauare oraculum.

5.  
*Contra peccatũ originale. Rom. 5.*

Sic ad peccati originalis extenuationem illud D. Pauli capitulum omnem abolens Pelagianismum à Calvinistis &

Alia

Anabaptistis renouatum, In quo omnes peccauerunt, Lutherus nouatores Tigurinos, aut nescio quos neo-Theologos imitaturus peruertit. Quandoquidē oēs peccauerunt (*dieweil*) posteaquā peccauerunt: cū sit originis indicium, non exempli aut euentus, In quo Adam omnes, ait Paulus peccauerunt, non imitatione, quod Pelagiani commentantur. Verūm atrocioris est audaciæ quod ad statuendum suum nouæ doctrinæ idolū de concupiscentia in Renatis reliqua, quod semper sit peccatum, audent sua verba Diuo Paulo attexere ac quasi de verbo Dei nouam suam promere doctrinam. Prima enim Apologia anno 31. edita fol. 1. primo sic ad verbum habet. Præterea Paulus ait, Concupiscentiam esse peccatum nesciebam nisi lex diceret non concupisces.

Vbi, obsecro te, Philippe, hoc Paulus dicit? an tuo in textu Græco? an latino? an tuo Saxonico, simul nouo tuo cum Euangelio nato? Cuius corruptelæ quā puderet Iustum Ionam, videte, quæso vos Principes & Protestantium duces, videte vt vestram Apologiam deprauarit, vestræque concordie opus nobili alio mendacio deturparit.

6.  
*Alius Pauli locus à Protestantibus deprauatus additione.*  
*Rom. 7.*

*Apologiam deprauat Iustus Ionas.*

*Concordia  
fol. 27.*

*Iustus Ionas  
duplicat suā  
corruptelā in  
D. Paulum et  
Apologiā Con-  
fess. August.*

7.  
*Alia corrupte-  
la D. Pauli  
ad Corin.*

8.  
*Altera eiusdē  
Pauline sentē-  
tie corrupte-  
la.*

9.  
*Cōtra bona fi-  
deliū opera.*

Das vber saght Paulus Ro. 7. inquit,  
die sunde erkandt ich nicht one durch das  
geseß. Præterea dicit Paulus Roma. 7.  
peccatum ego nesciebam. Atqui Pau-  
lus, mi Iona, non dixit peccatum; sed cō-  
cupiscentiam nesciebam. vnde tui flagi-  
tij conscientia cōtictus mox adiecta ap-  
pendice duplicasti mendacium, da saght  
Paulus dirre heraus. Ich wüßte nit des  
die lüste sunde war. Ibi Paulus palam  
dicit, Ego nesciebam concupiscentiam  
esse peccatum. At istud Paulus nusquā  
dicit. Impietate simili Marcionem il-  
lum meritō nunc Ponticum dictum Lu-  
therus sequutus verba D. Pauli 1. Cor. 15.  
duplici deprauat corruptela. Quod D.  
Paulus docet adhortādo, Portemus ima-  
ginem cælestis, Lutherus Græcos codi-  
ces à Marcione olim deprauatos sequut  
peruertit, Portabimus. Wir sollen dragē.

Sed atrocioris est vulneris, quod idē  
Lutherus eundem Marcionem æmula-  
tus illud Paulinū Christi encomiū, secu-  
dus Homo de cælo cælestis, sua in versio-  
ne vitiauit, Secundus Homo de cælo  
Dominus: quem admodū testatur Ter-  
tullianus li. v. cōtra Marcionē & Orige-  
nes Dialogo de fide cōtra Marcionistas.  
Quia Lutherus bonorum operum var-  
cuis

eius ipsorum hostis fuit omnium infe-  
 ctissimus vt fictitiæ suæ soli iustificanti  
 fidei gratularetur, ac velut victoriam an-  
 te triumphum caneret, illud D. Lucæ ca-  
 pitulum Acto. 3. quod de potestate ac  
 miraculorum facultate dixit D. Petrus, *Act. 3.*  
 ipse odio, vt dixi, piorum operum meri-  
 ti ita deprauat, apertissimèque vitiat,  
 vt D. Petrus omnia videatur abolere pij  
 operis merita. Quid nos aspicitis, inquit,  
 quasi nos claudum hunc ambulare fece-  
 rimus, *Durch vnser eigene krafft/oder* *Potestati Lu-*  
*therus depra-*  
 verdienst? propria nostra potestate aut *uat in meriti*  
 merito? Sed quid D. Petro, Luthere, que *vt prioru operu*  
 so, tunc temporis in mentem veniret de *aboleret meriti*  
 suorum operum merito, cum totus es-  
 set in asserenda & vindicanda Christi Ie-  
 su gloria? cuius dono, non Petri merito,  
 claudus ille fuerat sanatus? Sed fallaci  
 magistro idoneus est iste locus visus,  
 cuius peruersione omnia semelfunditus  
 sibi videbatur subuertisse diuina prioru  
 operum merita. Verum ea firmioribus  
 verbi Dei nituntur testimonijs, quam vt  
 villo impioru hominu studio, stolidoq;  
 conatu possint aboleri: adeo vt vel Lu-  
 therus ipse illa non fuerit aulus ( licet  
 temeritate sacrilega egregie oes in adul- *Lutherus vi-*  
 terando superarit Hæresiarchas.) teme- *veritatis ad-*  
*aus ipsa*



*piorum operū agnoscit merita in sua Bibliorū versione.* rare, aut deprauare. Quod enim libro Ecclesiastici cap. 16. legimus, omnis misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorum, ita Luther<sup>9</sup> reddidit, Alle wolt, that wirt ire stet finden / vnd einem ieglichen wirdt wyder fahren wie ers verdient hat.

Item paulo superius de iudicio Dei loquens, Richter einen ieglichen / wie ers verdienet; vt exstat in biblijs magnis ann. 70. iussu D. Ducis Vvittenbergen. Francfordiæ per Georgium Raben editis.

*10. Contra Dei cultum per Canonicas preces, certis, statisque horis reddendum.* Maiori verò perfidia Lutherus certū illud colendi Dei tempus pijs omnibus semper vsitatissimum, quod ab ordine temporum, quibus Deus inuocatur, Canonicum dicitur, vt semel aboleret, illud D. Lucæ cap. Act. 3. Petrus & Iohā. ascendebant ad templum ad Horam orationis nonam, ipse hunc veræ pietatis ritum de medio cupiens sublatum, audacia prorsus flagitiosa, imò sacrilega peruertit, Ascendebant Hora nona ad orandum: cū D. Lucas magis significare voluerit Apostolos certa illa orandi, & colendi Dei post meridiem Hora in templum Salomonicum ascendisse.

*Pijs semper certū, statūq; fuit Deū orandi & colendi tempus.* Sic enim maiores suum Diuini cultus

exer-

exercitium in certas distribuere Horas, ut vel ipso vitæ istius fluxæ curriculo, quod certis effluit horis, admoniti de officio, Deum colerent. Sic in Daniele, Dauid, Isaak, & alijs licet obseruare. Hinc vnum illorum Nona vocabatur, quod in vesperam decurrebat. Istud D. Lucas suo in textu Græco per Articulum illi voci additum expressit manifestius, quã ut vel semirudis linguæ discipulus addubitare queat.

*Nona cuius diuini cultus olim fuerit in dicitur & monitor.*

Ascenderunt inquit ad illam orationis Horam, τὴν ἑννατὴν, quæ Nona est: quod & Germani Latinis aptius sonam<sup>9</sup> des ghebedes / die daer de neghende / offt Nona heet.

Istud adeò prudentibus est manifestum ut vel ipse Lutherus aliquot post annos sibi redditus, ac meliori menti restitutus nouam molitus versionem hunc D. Lucæ locum ita expresserit. Als mā phlegt *zibiren* / Ascenderunt ad templum hora nona quando fieri solet oratio. Quæ posterior versio illud certum maioribus nostris Deum orandi tempus ita diserte exponit, ut nihil dubitet amplius, nisi qui cum ratione statuit insanire.

*Palinodia Lutheri confirmat Horas Canonice Catholicæ Ecclesiæ.*

Qua ex inconstantia Lutheri vestri facile, opinor, videtis Principes quã sua

*Vide Confess.  
Mansfeld.*

II.  
*Loca ad abolē  
dam Christi  
religionem à  
Luthero viti-  
ata.*

in versione mereatur fidem. Hanc enim sibi temerarius, immò falsarius deprauator semel abrogauit, quando manifestū adeò verbi Dei locum sacrilega non minus, quam manifesta non dubitauit violare corruptela. Quod crimen ipsi & Bucerus, & Osiandrini, & alij vestræ Discordiæ focij (vt meos taceam, Staphylum, Lindanum, Cochleum, Eccium) sæpius meritò exprobrarunt. Sed nos modò ad alias transeamus verbi Dei nò minoris flagitij deprauationes, nec leuioris ponderis corruptelas à Luthero vestro sceleratissimè designatas. Vt locis superioribus vitiatis ac data opera deprauatis Luther⁹ quædã fidei Catholicę Dogmata conabatur euertere: ita alia nũc restant quæ depromamus, quibus totū Religionis Christianę corpus studebat abolere; nec volo hic omnia ad viuũ refecare: sed vnum fuerit plurimorũ instar, vnde vobis, Principes, liqueat qua fide Lutherus vester diuinas sibi aggrediebatur vertere scripturas. Apostolico, vt dixi, gladio diræ illius excommunicationis à Christi corpore præcisus, ac Sathanz traditus, in nullam Christianæ Religionis partem abolendam ita ferox ac verè phanaticus incubuit, atque in sacrosan-  
ctum

Etum Iponfi mei Christi Iesu sacrifici-  
um Ecclesiæ Catholicæ peculiariter tra-  
ditum. hoc vt funditus semel aboleret,  
Prophetiam illam Danielis de Antichri-  
sto illo patribus nostris & Iudæis con-  
sentientibus, accipiendam, Quod colet  
Deum Mausim, ipse omnibus funibus  
contendit de sacro sancto Missæ sacrifi-  
cio propriè intelligendam. Vult pastor *Zach. ii.*  
iste cæcus, & idolum, vti Zacharias ap-  
pellat, Dei spiritum in Daniele ad voca-  
bulum Missæ alludere lingua Chaldaï-  
ca, vt illud imperitis magis redderet exe-  
crabile.

Postquam nomine Mausim templa *Figmenta pu-*  
& Monasteria impius finxisset accipien- *ri lia Lutheri*  
da, quod ea (inquit Comm. in caput Dã. *ad explendū*  
xij) robusti & sumptuosi sunt ædificij, *suum in Chri-*  
Angelus hac voce Mausim (subdit post *sti mysteria*  
paucula minus blasphema) præcipuè *odium.*  
maximum illud, ac summum Religio-  
nis Pontificiæ caput, ac illam omniū sce-  
leratissimam abominationem voluit ac- *Os blasphemū*  
cipiendam (Claudite aures, filij mei, *in sacra Chri-*  
claudite aures, ne blasphemix squalor *sti mysteria.*  
vos attaminet) quæ est ipsorum Missa.  
Optaret quidem Angelum Danieli di-  
serto dicere vocabulo, Colet Deum su-  
um Missam, ideoque vocē libèter infle-  
ctit,

Et it, seu in vicinam detorquet, quod in-  
uitus recte ipsam appellare non posset:  
sed vocat Mausim.

Quid enim aliud sunt monasteria &  
Sacerdotum collegia, quam Missarum  
Domicilia? Earum enim causa sunt insti-  
tuta; earum causa sunt donata eis om-  
nia. Quod si verum est, videte Principes  
an non & vos Apostolus vester iste  
nouus pronunciet Idololatrias: qui ve-  
stris in Ecclesijs Missam obtinetis, vtix  
vestris Agendis liquet, Saxonica, Brun-  
svicensis alijsque plurimis. Quid quod  
Theologi vestri in vestra Confessione  
Augustana fol. 19. anno 53. edita profi-  
tentur, falso accusantur Ecclesie nostre,  
inquiunt, quod Missam abolent.

Retinetur enim Missa apud nos, &  
summa reuerentia celebratur - seruan-  
tur & vsitatae ceremoniae ferè omnes. Si  
ergo Missam retinetis, vt profiteamini, estis  
vna cum Catholicis meis Luthero, ve-  
stro Idololatrem: quod Idolū, vt ipse ait,  
Mausim colitis.

Quod execrandum diræ impietatis  
conuitium nobis obijcere vester non au-  
deret Lutherus, si veram vocabuli Mis-  
sæ teneret originem, aut significationē.

Quod Latini enim ætate illa Martyrum  
Christi

*Lutherus om-  
nes Protestā-  
tes docet esse  
Idololatrias, si  
verum docet.*

“

“

“

“

“

*Luthero Mis-  
sæ Origo igno-  
ra blasphemias  
eius in illam  
peperit contu-*

Christi sacrificium Eccle. Christianæ Missam vocarunt, id vsu Latini sermonis declinantis factum est: quando à voce mittere deriuarunt Missa; vt à Remittere natum est illo seculo Remissa; quæ & Cyprianus & Tertullianus pro peccatorum remissione cum plebe vtebantur. Vox ergo Missa Martyribus Christi Apostolorum discipulis ante annos 1400. vsitatissimâ pro illo vsurpabatur sacrificio Christiano, in cuius fine populo in Synaxi congregato dicebat Diaconus. Ite! Missa est, siue, vobis Missio est, ac dimissio vt domos quisq; suas repetat.

*melias diaboli discipulo & certissimo Antichristi discipulo dignissimas.*

*Missâ plebis Latina vox, vt et remissa.*

Hoc ad imitationem Apostolici officij Latinis tam in Missa Catechumenorum, quam in missa fideiû canebatur: sicuti apud Græcos etiam nû fit simili prorsus significatione ἀπόλυσις, dimissio, vt in Liturgia Diui Chrysostomi apparet. Missa igitur nō est vox istius Idoli, quod Dei spiritus Mausim vocat: sed Christianis viris Latina lingua per Africam & Italiam populariter vtentibus, idem est, quod Apostoli, teste D. Luca Acto. 13. Liturgiam appellarunt, à publico Ecclesiæ Christianæ sacrificio. Siue ergo hoc sacrificiû à Christo iuxta ordinem Melchisedech ad Prophetarum oracula instituitur.

*Missam Latinam appellat Dei spiritus Liturgiam. Act. 13. psal 109. Malach. 3.*

*Missam neces-  
sario esse Pro-  
testantibus ob-  
tinendam si  
sua à Confessi-  
one Augusta.  
na nolint de-  
generare ac  
reclamare.*

stitutum appelletur Liturgia Diuis A-  
postolis, siue Prosphora Patribus Nice-  
nis Græcis, siue Missa occidentalibus &  
Latinis, siue Anaphora Syris, siue alijs  
alio nomine: res ipsa eadem manet inui-  
olata. Longi operis esset hac de re dispu-  
tationem ingredi, nunc eam piè vobis  
retinendam (modò vestræ Confessio-  
ni Augustanæ fidem præstare in animo  
est) paucis demonstrabimus.

Cū pro vestræ fidei fundamēto Sym-  
bolum Nicenum iaciatis, illud indubia  
fide suscipere atque colere legitima non  
potestis reuerentia: nisi & indubitatos  
iusdem Concilij tantopere pijs omnibus  
semper venerandi Canones pari suscipi-  
atis auctoritate. temerè namque vnam  
Apostolicæ certòque diuinæ patrū illo-  
rum Orthodoxorum partem doctrinæ  
contra infestissimos Arrhianos suscipi-  
tis, si reliqua contumaciter respuatis, q̄  
fani nō est cerebri, neque suos in patres  
reuerentiæ Christianis viris dignæ. In  
hūc ergo modum sanctissimi illi patres  
toto amplius triennio Ecclesiæ Christi  
gubernandę ac componendę intenti de-  
finierunt.

Neq; regula neq; consuetudo (inqui-  
unt PP. Can. 14.) tradidit vt hi qui offe-  
rendi

rendi nō habent potestātē (ἐξουσίαν προσ- *Prosp̄horarum*  
 φέρειν, facultatē sacrificandi) his qui offe- *P.P. Niceni*  
 rūt (τῆς προσφέρουσι, sacrificiū offerētib⁹) *appellant Missam, sine obla-*  
 dent corpus Dñi. Illa offerendi, τῆ προσ- *tionem sacri-*  
 φέρειν, immolandi & sacrificandi vox ec- *ficij Christiani.*  
 quid obsecro aliud est, quā vt populari  
 Christianorū more loquamur Missam  
 faciendi? Si ergo Missa est illud D. Danie  
 li Idolū reuelatū, quomodo, precor &  
 vos, o mei Principes, nō estis Idololatrę,  
 q̄ vos Missā obtinere vestra in Cōfess. Au  
 gustana verbis disertis iā pridē profite-  
 mini? Sed hic falsi tenetur conuictus ille  
 pseudo-propheta D. Danielis corruptor,  
 & deprauator. Qd̄ in defolis luce liqueat  
 manifestius, q̄ Dei spiritus ibidē decla-  
 rat Idolū illud Mausim ab Antichristo *Idolum Anti-*  
 erigendū fore nouū quoddā, & q̄ eius pa- *christi Mau-*  
 tres, inquit Propheta, ignorarunt, nō co- *sim Patribus*  
 gnouerūt & nescierūt. Iā in cōfesso est a- *erit ignotum.*  
 pud pios vbiq; omnes rē huius sacrificij *Non potest i-*  
 Christiani, quod vario idiomate aut Li- *gitur hoc Mis-*  
 urgia aut Prosp̄hora, aut Anaphora, aut *sa esse, Patri-*  
 deniq; Missa vocatur, adeo nō esse patri- *bis nostris Or-*  
 bus Ro. pontificū ignotā, vt ipsā Apосто- *thodoxis om-*  
 lorū ætatē redoleat, & doctrinā verē sa- *nibus semper*  
 piat Euāgelicā. Eius. n. D. Luc. Act. 13. di- *notissima tota*  
 fertē meminit λιτ̄ργεῖντων, ministranti- *terrarū orbes*  
 bus Apōstolis & seniorib⁹, siue vti clari⁹  
 Eras-



*Idem spiritus  
vertiginis se-  
duxit Luthe-  
rum, qui olim  
Porphyrium  
in eadem vo-  
ce deprauan-  
da.*

Erasmus, sacrificantib<sup>9</sup> : quod omnium  
rectissime ad Christianæ Religionis for-  
mulam & popularem loquendi modū  
redderetur, Liturgiam siue Missam faci-  
entibus Apostolis dixit spiritus sanctus.  
Ex his liquet non minus ridiculè, imò  
impiè, Lutherum illud Antichristi Ido-  
lum à Dei spiritu nobis reuelatum Mau-  
sim ( siue reddatur præsidiorum, siue  
fortitudinum ) de sacrosancto Religio-  
nis nostræ Christianæ dici sacrificio; quā  
olim eodem mendacij spiritu diabolo se-  
ductus ille apostata Porphyrius infestis-  
simus noster hostis; qui illud simili fal-  
sus allusione ad Modim, quæ piorum  
fuit Machabæorum patria, detorque-  
bat.

Quæ porrò ex eadem D. Danielis pro-  
phetia malè ( vti liquido demonstratum  
est ) intellecta in Rom. Pontificem Lu-  
therus multa velut febris phreneticus &  
delirus deblaterat, immo sui animi im-  
potens, ac verius multo vino illo, & de-  
licato quotidie hausto ingurgitatus ac  
tantum nõ rabidus debacchatur, ipsum  
esse illum Antichristum, quem Daniel  
designarit, ideoque ruinam eius esse vi-  
cinam. eiusdem sunt veritatis; cuius sunt  
feli qua istius prophetæ, si Christo pla-  
cet,

eet, oracula. Viuens in delitijs cum illis  
 Paulinis viduis, quæ luxuriatæ nubere *1. Tim. 5.*  
 volebant, primam fidem irritam facere  
 conantes, prophetę sibi nomen arrogās,  
 Viuus eram pestis, inquit, moriens e-  
 ro mors tua Papa. Cuius Prophetiæ du-  
 plicem partē si animo expendatis candi-  
 do, ò mei Principes, agnoscetis vna qui-  
 dem parte fuisse veram: altera esse mani-  
 festò falsam. Viuus enim digressus in cō-  
 cilium impiorū Iohannis Hufsij, V vy-  
 cleffi, & Hiero. de Praga, cum staret in  
 via peccantium, adulterorū, & incestuo-  
 forum, ac tandem sedens in Cathedra pe-  
 stilentiæ, Manichæi, (cuius varia titulo  
 Euangelij renouauit Dogmata) & Ar-  
 rhij quo cum Apostolicum illud Ho-  
 mouion improbauit, verissima fuit Ca-  
 tholicę Christi Ecclesię pestis: qua, eheu-  
 dolor! tot Myriadas filiorum meorum  
 chariss. per vtramque Germaniam, Au-  
 striam, Daniam, & Hungariam pernici-  
 ose infecit: Cæterum altera eius oracū-  
 li pars, quantis, & quam horrendis mo-  
 dō scateat manifestissimarum vanitatū  
 fumis, ipsi vos, nisi toto aberro equidem  
 cælo & terra, videtis. Rom. Pontifici ma-  
 gnam sanè ac mihi in primis cum pijs o-  
 mnibus perpetuò lugendam filiorū de-

Q

trās

Apoc. 12.

traxit partem, vti prophetiæ illi Apocalyp-  
tycæ congruebat: quod stella de Ca-  
lo cadens magnam stellarum partem  
sua cauda in terram detraheret. quod  
est, Lutherus egregia doctrinæ mona-  
sticæ luce non obscurus, & monastico  
cultu ceu Religionis Augustinianæ in-  
signi ornatus, plurimos frigidos sacer-  
dotes, simulatos Monachos, cupidos  
Principes, auarosque Mercatores in ter-  
renas præcipitauit rerum istius mundi  
cupiditates: quibus inflammati terre-  
nas Ecclesiarum inuaserunt possessio-  
nes, aut carnalibus sese voluptatibus  
tradiderunt.

Sed quod Romano Pontifici mors  
esset futurus Lutherus, ipsa res nunc vo-  
bis, modò vestros dignamini oculos a-  
perire, conuincit falsissimum. Ab istius  
enim infelicissimæ Apocalyp-  
tycæ stella occasu adeò ille nō est exstinctus, quod  
pseudo propheta somniabat, vt eius pa-  
storatus in plures nunc sit prorogatus  
subditorum Myriadas, quam illi sua pe-  
ste miser miseras sustulit centurias. Co-  
gitate mihi quæso Principes & Germa-  
norum Optimates populosissima illa In-  
dorum, Syonarum, &, quando Christo  
meo placebit sponso, Moscouitarum re-  
gnat

igna:annon verissimum esse, quod dico, agnoscitis?

Si ergo Lutherus hoc in mendacio tanquam fur suo in *αὐτοφώω* deprehensus à vobis iudicatur pseudo-prophe-  
 ta, videte vos, obsecro per Christum, videte ne & vos illa sua seducat ampli-  
 us pseudo-prophe-  
 ta: qua vobis adu-  
 lando & palpando persuadere conaba-  
 tur Rom. Imperium vestrum à Roma, Pontifice olim in vos translatum in tem-  
 pora vsque illius magni Antichristi du-  
 raturum saluum atque incolume teme-  
 rarius pollicetur. Paris enim est certitu-  
 dinis, cuius illa eiusdem pseudo-prophe-  
 tæ Lutheri fuit propheta, quam corrupto V. Capitis Iudicum loco suis cantil-  
 lans hominibus rusticanis, eos contra  
 vestros maiores ann. 2, ad capienda ar-  
 ma tanquam Bellonæ sacerdos inflama-  
 bat. Eò namque verbis Cantici Prophe-  
 tæ Deborah abusus, quod nos legimus  
 Cessauerunt fortes in Israel, & 70. Defe-  
 cerunt fortes in Israel, ipse peruerit  
 Gs  
 gebrach an den Daur en in Israhel: an bau  
 ren gebrachs q. d. stabat per Rusti-  
 cos: quos scilicet Iudæorum Capitanei  
 non adhibuissent commilitones contra  
 Syzaram, & alios Iudaici populi Ho-

*Prefat. in De-  
 niclem Pro-  
 pheta falsa  
 Lutheri de  
 Rom. Imperij  
 duratione  
 pud Germa-  
 nos.*

*Iudic. 5.*

*Deprauat Lu-  
 therus verba  
 Scripturæ ad  
 fundandam  
 suam Prophe-  
 tiam in rebel-  
 lionem rustico-  
 rum contra  
 Principes Ger-  
 mania.*

Q 2 stes

*Rusticis spem libertatis, imò dominationis facit contra suos Dominos Germaniæ Lutherus.* stes capitales. Rursus ubi nos, Clementia in fortes Israel, & 70. Iusti confortati sunt in Israel, ipse reddidit Seinen barren in Israel: vt eos adiecto in margine commentario in spem dominationis in Nobiles & Principes temerarius excitaret.

*Vide Biblia Lutheri anno ferè 24 in lucem edita deprauatissima.*

*Eccles. 10.*

Quod igitur miseris vestris contigit rusticis, quos victoriæ spe ex Dei verbo vti aiebat Lutherus, sed deprauato, ad rebellionem armarat, vt omnes ad milia centum quinquaginta perierint, idem vobis metuendum, si incertæ ac deprauatæ isti Lutheri prophetiæ fidem pergitis cum inexpertis mira fallendi specie vobis adblandienti commodare. Illam potius audite verbi Dei prophetiã, quæ & vobis minatur Dei ore indubitatum (nisi poenitentiam in tempore studeatis agere) exitium, quod propter iniustitias & dolos Deus transfert regna.

Vbi enim vsque gentium vim pallsis non licet iure agere quam in vestra Camera Imperij. Exsulibus, profligatis, spoliatis Christi cultoribus vestro in foro nullus est locus. Si Dei ministri sua repetunt bona, quæ per annos amplius mille pacifica possederunt possessione; si patres Christi relictas vestris pijs à maioribus

ribus sibi eleemosynas iure petunt, aut *Osee. 10.*  
repetere student, causa viduarum & pu-  
pillorum ad vos non potest intrare.

Quod si hanc non timetis verā ver-  
bi Dei prophetiam, ne vestrum aliò trās-  
feratur regnum, illam non potestis non  
timere, modò Deum ipsum timetis, Di-  
uisum est cor eorū, nunc peribunt Cau-  
sam addit Diuinus Propheta, Ipse Do-  
minus sponsæ suæ Zelator confringet si-  
mulachra, siue idola eorum, quæ procul  
dubio varia cuique sunt doctrinæ non  
Euangelicæ Dogmata, Hæreticorum  
inter se corda esse diuisa (inquit Hiero.  
Comm.) & contrarijs repugnare sentē-  
tijs, ipsi non negant, dum diuersa senti-  
unt. Cui nam obsecro dubiū esse queat  
Germanos varijs inter se diuisos & dis-  
sectos doctrinis, quarum tamen pro  
Euangelica quisque suam iactitat? Sed  
de Protestantibus ipsis ordinibus res no-  
tior est, quam vt quis nunc sit infician-  
do.

*Osee.*

*Protestantes  
inter sese va-  
rijs sectis di-  
uisi, quorum  
tamen singuli  
purū sibi vin-  
dicant Euang.*

Plurimi enim nouæ isti Concordiæ  
noluerunt subscribere, aliter de fidei  
Dogmatibus: quam noua hæc noui Eu-  
angelij norma docet, sentientes. Quod  
vnus Landtgrauius Hessiæ, cum Augu-  
stana Republ. & Norinbergen. alijque

Q ;      osten-

ostendunt manifestius quam ut sit vnū addendum verbulum.

De ijs quorū nomina tam longo ambitiose ostentat vestra Concordia catalogo, alijs dicēdum relinquo, quibus artibus inducti, quibus muneribus, varijsque spebus illecti, quibus minis territi subscripserint, rursus qua sub conditione, qua verborum formula, qua exceptione, aut moderatione signarint; quæ omnia tandem manifestius prodet temporis filia veritas. Illud hic suffecerit, Dominum Deum varia ista nouorū Dogmatum aboliturum idola, quia diuisa sunt: qui & vastabit titulos, quibus singuli suis appellantur nominibus, vt nequaquam Christi Ecclesia, sed Lutheri, vel Caluini vel alterius dicantur.

Huc & illud pertinet quod Philippus Melanchthon cælestem religiosi ieiunij efficaciam impio extenuaturus conatu verba S. Euangelij peruertit, illud in locis cōmuniibus suis antiquioribus toties mutatis, & aliā atque aliā in faciem malignizatis deprauans Christi oraculum, Hoc genus Dæmoniorū nō eijcitur nisi in ieiunio & oratione, quasi tantū ad faciliore orationis effectū valeat sacrosanctū ieiunium: cū D. Christus dixerit, ni-

si in

*Hiero in Cō.  
Oze. 9.*

*Matth. 17.*

*Loca Scriptu-  
rarum à Me-  
lanchthone  
adulterata.*

In oratione & ieiunio: quib<sup>9</sup> in verbis  
 vtrumque valere diserte docet Christ<sup>9</sup>  
 ad cohibendas, imò propulsandas adeoq;  
 vincendas infestissimorum nobis demo-  
 niorū insidias, tentationes & oppugnati-  
 ones. Sic & illud Psal. 50. Tibi soli pecca-  
 ui, ad suū anticipatum Dogma impium,  
 Quod omnia nostra opera sunt peccata,  
 constituendū, contra manifestissimum  
 vel rudimētarijs Hebraice veritatis tex-  
 tum, imò contra suā conscientia peruer-  
 rit, Tibi solum pecco, siue Tibi tantum-  
 sum peccator & malum coram te facio,  
 Locis Cō. an. 52. fol. 431. Eadem in frau-  
 de sacrilega tenetur conuictus Iohā. Bré-  
 tius, qui tertia Pericope Apologiæ fol.  
 1586. eundem psal. locum simili adulte-  
 rat peruersione.

Idem & illud D. Lucę, Dimissa sunt ei  
 peccata multa, quoniam dilexit multū,  
 causam subdole ac verè sophistice trās-  
 mutans in effectū peruertit, Idcirco dile-  
 xit multū. Hanc ad classē & illud Iac.  
 Andreæ D. referendū impiæ fraudulen-  
 tiæ nō ignobile facinus: qui libro de cer-  
 titudine salutis fol. 14. ann. 63. audet in  
 verbis D. Iohā. Euangelistæ loco Qui,  
 adulterare Quia, primo alphabeti adie-  
 cto elemēto: vt fictitiā suā fidē specialē,

*Ioh. Brentius*

1.

2.

*Iac. Andreæ  
deprauat S.  
Scripturā, ex*

Q 4 con-



*Qui, faciens* confirmaret in speciem solidius, quo  
*Quia. O fabrū* sophistico suo artificio Vulcanius iste fa-  
*exclusorem!* ber non excudat nobis quale tandem cū  
*Verba Cene* que volet Euangelium? Eodem menda-  
*Dominica ad* cij spiritu magistro afflati & fraterculi  
*ulterata per* vestri Anabaptistæ ad simpliciū fraudē  
*Euāgelicos no* sane perniciosam illa Christi Domini  
*405.* verba in cæna tam diserte nobis propo-  
 sita audent pervertere. Testatur Iohan.  
 Lonicerus in Encomio linguæ Græcæ  
 nouum Testa. se vidisse, in quo reddide-  
 rat N. Hoc est corpus meum, quod vo-  
 bis præfrangitur, & Calix sanguinis, qui  
 vobis præfunditur aut præpropinatur. U-  
 tum in modum Euangelici vestri Do-  
 ctiores & magistri, ô mei Protestantes, S.  
 Scripturam ad sua deprauant desideria,  
 ne vllum Dogma ignaro popello gratū  
 diuinis destitutū videatur testimonijs.  
 Quam igitur eis fidem vir prudens, sue  
 que salutis æternæ sollicitus in cumula-  
 tis illis verbi Dei allegationibus habere  
 queat?

## CAP. 10.

Sed hic mihi illud silentio non arbi-  
 tror dissimulandum, quòd manifestis-  
 simam Theologorum vestrorum, Prin-  
 cipes & Gubernatores Protestantes, ar-  
 guat sycophantiam; qua meos Catholi-  
 cos filios solent apud vos hac etiam ipsa  
 in

in Concordia falso traducere, immo nefariæ impietatis & execrandæ adeò Idolatriæ manifestam per calumniam accusare. In controuersis articulis Concordiæ libro expositis cap. 7. de Cæna Domini inter damnata Dogmata XXI. illic fol. 241. enumerata prima omnium cæsetur Transsubstantiatio, vti aiunt, Papistica: qua docetur panem & vinum in cæna Domini substantiam & naturalē essentiam amittere. & ita ad nihilum redigi, vt in corpus Christi mutantur, & solum externa species maneat. Si damnanda est Transsubstantiatio, damnanda etiam est, attēdite, precor, ô Principes mei & optimates, attendite, damnanda est, inquam, & hæc vestræ Concordiæ codice comprehensa Confessio Augustana: quæ Articulo decimo illam disertè affirmat. Sicuti & Apologia eius prima per vos, vestrosque Theologos hoc eodem in Concordiæ libro fol. 228. & 254. approbata: quæ illam multis argumentis partim ex verbo Dei, partim ex Orthodoxorum Patrum testimonijs, partim ex Ecclesiarum tam Græcæ, quam Latine consensu petitis, accurato studio dedit nobis concorditer confirmatam: vti ex superius allegatis nulli potest esse ob-

scurum. Quid enim aliud est quod articulo 10. vos credere asseritis, In Cæna exhiberi vescentibus sub specie panis Corpus domini, quàm ibi Corpus Domini esse non sub pane, sed sub eius specie? nõ sub panis essentia, aut natura: sed tantum accidentibus? quemadmodum vobis, aut infelicibus potius vestris maioribus Carol<sup>o</sup> V. A. ipsi Comitibus August. anno 30 suos per Theologos iussit explicari quo nam sensu illud articuli vestri 10. capitulum, Sub specie panis, debere intelligi, si eum sibi putarent approbandum. Ad quam monitionem cum vos taceritis, neque tunc illi Catholicorum confutationi aliquid responderitis, procul dubio idem mecum, meisque cum Catholicis illo tempore sentiebatis. Si quis autem morosulus vestro de consensu tunc patefactio addubitat, vestram consulat primam Confessionis vestræ Augustanæ Apologiam: quæ anno 31. Vitenbergæ in orbem effusa disertissimis verbis affirmat, immò testimonijs varijs euincit sacrum panem in corpus Domini MUTARI, siue vt est in Canone Missæ, quem citat prima incorrupta Apologia μεταβαλεῖν, siue vt Damascenus ὑπερφυσικῶς μεταποιεῖν supernaturaliter transformari

*Hac de causa  
Heshusius dicit  
n. u. primam  
Confessionis  
August. Apologiam  
lib. contra  
Bersam  
fol. N. 3.*

mutari, & si licet per vos ita loqui, μετα-  
 σοιχδεν, transelementari, atque transsub-  
 stantiari. Quod nisi fiat, non est illa pa-  
 nis mutatio, quam Orthodoxi P. P. illic  
 à vobis met ipsis pridem recitati do-  
 cent, quia vt substantialem notarent re-  
 rum mutationem, diserte cauent panem  
 hunc non esse tantum figuram Corpo-  
 ris Domini, sed verè in carnem transfor-  
 mari, transferri, atque mutari.

*Vide Liturgi-  
 as DD. Basil.  
 & Chrysost.  
 Damasc. li. 4.  
 cap. 17.  
 Theophyl. in  
 Matth. c. 26.  
 & Marc. 14.*

Hoc sensisse maiores vestros in sua  
 Germanica Confessione Augustana Ca-  
 rolo V. A. exhibita, indubitanter, imò  
 euidenter testantur liquida primæ atq;  
 incorruptæ illius Apologiæ verba infe-  
 rius paulò subtextæ, Aiunt sese defende-  
 re ( inquit ) receptam in tota Ecclesia  
 sententiam. Si ergo vos, sicuti & ma-  
 iores vestri Augustanæ Confessionis  
 nunc post liminio suæ integritati per vos  
 restitutæ meis Catholicis filijs consenti-  
 tis hac in diuinæ transsubstantiationis do-  
 ctrina, cur eam vestri Theologi dam-  
 nant quasi erroneam, imò idolola-  
 tricam? cùm vos ipsi in hac vera ve-  
 stra Confessione Augustana, & incor-  
 rupta eiusdem prima Apologia eandem  
 profiteamini doctrinam ceu ex Euāgelio  
 Christi ortam, & pijs Orthodoxorum  
 pa-

”

”

patrum à vobis illic allegatorum sententiarum verè consentaneam?

Immerito igitur Catholici mei filij à vobis aut nouis veris vestris Theologis nunc accusantur Idololatriæ, aut erroris impij atque phanatici, quod sacrum panem docent specie tantum manere, nisi & vos ipsos eiusdem damnare vultis erroris Idololatrici.

Quæ cum ita sint, nunc mihi placeat vestra, ô mei Principes & Ciuium Optimates, vestris cum Theologis Protestatibus paucis quæso agere. Non vos pudet, amici, folio 228. & 254. huius Concordiæ nouæ profiteri, vos recipere Confessionem illam primam, & incorruptam eius Apologiam anno 1531. per impressionem publicatam? Si ex animo hanc primam Confessionis Augustanæ Apologiam suscipitis, cur eam vnà obsecro cum illa non in lucem edidistis? At qui modò vultis orbi Christiano pro iactata prima illa & incorrupta obtrudere, superius ea est falsi ac deprauationis, siue manifestissimarum mutilationum liquidò conuicta. Hoc cine vos Theologi doctores Heshusi, Selneckere, Smidline, Muscule, Chemniti, vestris cum insulsis paedagogorum manipulis & semigrammaticis

*Apostrophe  
ad nouos Theologos Protestantium. qui manifestè in mendacio deprehensi demonstrantur: ac suo Cõcordiæ operire ipsa contradicere; modò suis habent fidem verbis.*

*Vide orat. 1.  
cap. 6.*

cis ludimagistellorum atque Custodū  
 gregibus huic Concordiæ nouæ subscri  
 bentibus, verum est Christi Euangeliū  
 prædicare? Hoccine bona fide Christi  
 negotium agere? Hoccine veram in S.  
 Rom. imperio Religionis constituere  
 concordiam? Cūm igitur videatis, Prin  
 cipes & Ciuium Optimates, Theologos  
 vestros novos Protestātes falsa pro ve  
 ris impudenter adeò, non minus quam  
 fraudulenter vobis venditare; adulteri  
 na pro genuinis orbi obtrudere, a systa  
 ta & inconstantia pro confessis perfricta  
 fronte iactitare, Quænam vobis, vos ve  
 stram per salutem obsecro, securitas est  
 ijs hominibus vestrā credere salutē sem  
 p̄ternam?

Illud nunc paucis venit vobis, ô mei  
 Principes & populorum Duces atque o  
 ptimates, exponendum, ne quid omittā  
 quod ad desertam Christi veritatem a  
 gnoscendam & recipiendam faciat, Cō  
 fessionem vestram hanc Augustanam  
 esse vere Semichristianam: quod pluri  
 ma fidei Dogmata, primariaque capita  
 callidè dissimulat, & subdole reliquit in  
 tacta. Siquidem de pia sacro. sanctæ  
 Trinitatis inuocatione nihil docet, im  
 mō vsū à maioribus vestris traditum  
 illa

CAP. II.

illa orandi formula, Sancta Trinitas, nus Deus miserere nobis! vestra de Litanía erasistis, proiecistis, proculcastis. Similis est notæ aliorum Conciliorũ Oecumenicorum præterquam Niceni, symbola reijcere: cum eiusdem sint authoritatis Spiritus sancti oracula, Catholicã Christi Ecclesiam docentis, gubernantis, & in omnem iuxta infallibile spõs mei Christi promissum deducentis veritatẽ. quã qui sequuntur, pax Dei super eos; qui nõ recipiunt, aut receptam repudiant, Deo placere non possunt, cum teste D. Paulo sit impossibile sine fide Deo placere. Si Deo non placetis, procul dubio in eius odio propter manifestam violatã fidei meæ Catholicæ offensionem vivitis. Ideoque non iam Christiani censendistis: sed Antichristiani: qui Christum vobis ab Apostolis, ipsorũq; successoribus adnunciatum non recipitis; aut potius nõ obtinetis; sicuti pijs maioribus vestris, totiq; orbi meo Christiano fuit concorditer ab initio adnunciatus: quod verè demum facit Antichristianos. Quã notam omnium sanè grauissimam & verè infelicissimam, pijsque omnibus execrandam vt nõ solum nomine, quod merito abhorretis; sed re quoq; ipsa effugitis,

*Heb. 11.*

*Parascue ad  
Epilogum per  
exhortationẽ  
ad solidam in  
vnum fidei Cõ*

tis, Hortor, obnixèq; rogo. Quod fiet, si *fessione recon-*  
 mea contenti Confessione fidei Catholi *ciliatione at-*  
 cæ, non solù tria illa retineatis Symbola, *que ad Chri-*  
 & ea quidè verbis sensuq; ab Apostolis *stianam in v-*  
 eorumq; discipulis pridem tradito, inte- *nū corpus re-*  
 gra, non vt in vestro liquet Concordiæ *adunationem,*  
 opere ann. 80. in lucem edito, sex locis *& Euangeli-*  
 adulterata, verum etiam aliorū Concili- *cam fratrum*  
 orū Oecumenicorū. potiss. Ephesini & *concordiam*  
 Chalcedonensis Symbola amplectami-  
 ni. Quæ si vobis placere, atq; nobiscū cō-  
 corditer probari queant, nihil admodū  
 fuerit opus nouā edere Cōfessionē, siue  
 Augustanā, siue Gallicanā, siue Anglica-  
 nā; q̄ iam nomē Christi cū exuerint, non  
 amplius sunt Christianæ: sed vnā vno o-  
 re, vno verborū cōtextu, vno sensu, nul-  
 lis schismatū rupturis hiantē, nullis dog-  
 matū disidijs dissentaneā, nullis deniq;  
 fidei articulis aut sacrilegè diminutā aut  
 impie auctā, oēs Confessionē vnanimi-  
 ter profiteātur Christianā, q̄ & illa à vo-  
 bis temerè, imò irreligiose addita respu-  
 at; & q̄ detrahendo impiè abieciſtis, blas-  
 phemeq; pculcastis sarta tecta restituat, *Vide D. Cy-*  
 meoq; corpori catholico reconciliet ac *prianum de*  
 readunet. Alioqui formidabile, ac vere *Ecclesie vni-*  
 horribile illud DD. Cyp. & Aug. in vos *tate atq; D.*  
 quadrabit elogiū, eos qui ab Eccle. Ca- *August. cōtra*  
 tho. *Donat.*



*A diuino Oe-  
cumenici Con-  
cilij præiudi-  
cio.*

tholicæ charitate & vnitare recesserunt  
Dei aduersarios esse, atq; Antichristia-  
nos. In quâ censurâ cū iâ diuino Christia-  
ni totius orbis in Oecumenica mea Sy-  
nodo Tridentina incidisse estis pronun-  
ciati, magnoperè vobis ira furoris Domi-  
ni est metuenda, grauitate merito ex-  
timefcenda, vt nō dicam certo & ineuita-  
bili exitio subeunda, ne impendenti hu-  
meris vestris immanissimæ Turcarum  
Tyrannidi tradamini excarnificandi &  
funesto istius schismatis scelere pro me-  
ritis expiandi.

*A metu impē-  
dentis diuini  
in Schismati-  
cos Germanos  
supplicij vt in  
cæteris vide-  
re est.*

*Conquestio  
quod dolo ma-  
lo nouorum  
Theologorū  
in præsentissi-  
mam sese præ-  
cipites dant*

Quod an ne vobis meritò verear, ipse  
oculos, quæso, tandem ad Syriam, AE-  
gyptum, Græciam, Africam & æmulam  
illam Ec. meæ Romanæ Constantino-  
politanam vicinamque vobis Hungariâ  
feriò conuertentes iudicate: qui ob partē  
vestræ schismaticam dissensionem à re-  
liquo meo corpore auulsi acerbissimas  
sub intolerabili eius iugo lugendum in  
modū vobis in exemplum modo luunt  
pœnas.

In quas quod manifestis ad eò vestra-  
tium aliquot nouorum Theologorum  
fraudibus exitialibus ac verè pernicio-  
sis, Testimoniorum à PP. orthodoxis,  
immò à vestro Luthero petitorum de-  
præ-

peruersionibus, adeoque SS. scripturarū *in Turcarū ser- uitudinem.*  
 demonstratis, doloque malo circumuē-  
 ti scientes prudentes inuoluimini, equi-  
 dem per dolenter fero, lachrimisque san-  
 guinolentis apud sponsum meum satis  
 die, noctuque non possum deplorare.

Qui namque materna mea viscera *Alia Theolo-*  
 me, ô miserimam à lachrimis patian- *gorū Protestā-*  
 tur continere? quum video quibus do- *tiū fraudemō-*  
 lis, immò fraudibus exitiālibus vos sub- *stratur; qua*  
 indenouis vestri circumueniunt Theo- *consensu quasi*  
 logi. Hi nouas in dies commolientes ma- *Ecc. Græcani-*  
 chinas, quibus sceleratissimum istud sta- *cæ suū schisma*  
 biliant schisma, superiori sexennio ad *exitiāle cona-*  
 Patriarcham Constantinopolitanū ex- *bantur; constā-*  
 truserunt Legatum, ut ipsius de Con- *bilire.*  
 fessione uestra Augustana Græcè illi  
 oblata impetrarent censuram, quam ut  
 nouis suis Dogmatibus eblandirentur  
 beneuolentio-rem atque fauentio-rem,  
 scripserunt ei, sese septem illas Oecume-  
 nicas religiose suscipere Synodos, uti vi-  
 dere est ex ipsius responso, quod latine  
 conuersum Cracouia mihi edidit, fol. 3.  
 Aggressurus enim suam illam uestris à  
 Theologis super confessione Augusta- *Theologi Pro-*  
 na desideratam censuram, præfatur sese *testantiū frau-*  
 nihil ex priuato sensu suo dicturum, sed *dulenter simi-*  
*lant sese Syn-*

R

ea,

*odos VII. Oecumenicas suscipere, ut fauentiorem e blandirētur à Græcis censuram.*

*In Synodis Oecumenicis certissima est norma, ad quā omnes Dogmatum fidei cōtrouersia definiantur, ac mores Christiani reformentur.*

ea, inquit, omnia, quæ in medium adferentur ex Sanctis & vniuersalibus septem Synodis, **QVAS ITEM ET VOS** ut scribitis præclare facientes **AMPLI CTIMINI ET EXOSCVLAMINI, ET QVAE SI QVINTVR.** Quod si ex animo isti scripserunt (quis enim Patriarcham illum tam manifesti redarguat mendacij,) eum mibitatum hætenus fecerant negotij in ijs septem Synodis Oecumenicis suscipiendis, & candidè profrendis? Quod si vnquam factitassent, ut minus esset inter nos controuersiarum: ita procul dubio certior foret spes in eundæ inter nos super pauculis aliquot Christianæ fidei capitibus concordia.

Eas enim omnium Christi Ecclesiarum vniuersitas vbique terrarum hætenus obtinet immotas, & inuiolatas, atque diuinæ prorsus doctrinæ fontes vberissimos: à quibus post illum originarium æternæ vitæ fontem, doctrinam dico Euangelicam literis Apostolicis & Prophetis explicatam, in omnes Christi cultores deriuata est vera vitæ ad Christi & Apostolorum institutum pietate solidè degendæ, atq; Canonicè in portum vsq; salutis illius æternæ gubernandæ ratio.

ORATIO III: 25

certissimaque via erroris omnis nescia.

Hanc autem viam Christianos vniuersos iam pridem fuisse ingresfos (tamen si degenerarit hic illic humana fragilitas) nullus sui Christiani nominis memor iuerit inficias. Maiores autem vestros, o mei chariss. filij, quos ego ante annos 800. peperit Christo Iesu sponso meo, eandem & accepisse, & diu continenter, immo constanter nunquam satis laudata prudentia & fortitudine verè Heroica obtinuisse illis concorditer, longum foret in præsentiarum demonstrare.

Quod ita sese habere, vos planè ac liquidò possitis agnoscere: si omnium Ecclesiarum Christi, quæ sub cœlo sunt, sententiam hac de re liceret per-

*CAP. 13.  
Censuræ Patriarchæ Constantinopolitani super Confessione Augustana epistolæ perstringatur: quæ ipsi est euerfio, & firma fidei Catholica Apologia.*

cunctari. Certè iam dudum vos vel inuitos ita de Græcanica siue Orientali sentire ac statuere compellit manifestior ipsa solis luce rei veritas. Sperabatis vos iam pridem nouatæ vestre fidei patrociniū solidum, certum iuxta ac irrefragabile apud Græcanicam Ecclesiam inuenturos. vnde ante quinquennium ad Patriarcham Constantinopolitanum Ieremiam misistis Legatos; qui super vestra Confessione

R 2 Au-

Augustana illi Græcè oblata suam vobis  
 perscriberet censuram. fecit, rescriptum  
 transmisit anno Christi nati 1576. 15  
 Maij. Quam si vobis Theologi vestri  
 ô Principes & Protestantium optima-  
 tes, ex vero atque bona fide conuerte-  
 runt, integreque exposuerunt, videtis  
 quam mea fides Catholica & doctrina  
 meis Ecclesijs toto prorsus orbe visitata,  
 & pijs vestris maioribus ante ann. 800.  
 tradita cum illis cõspiret; quam ferè per  
 omnia (exceptis aliquot istius Græca-  
 nici schismatis capitibus vobis etiam ha-  
 ctenus communiter mecum damnatis)

*Græcos à Pro-  
 testantibus cõ-  
 sultos Catholi-  
 cis consentien-  
 tes damnare  
 ac adeò refel-*

*tere noua Pro-  
 testantium  
 Dogmata.*

*Ad dona est  
 allusio, de qui-  
 bus ex episto-*

*lis Chytrei  
 Græcis oblata  
 & promissa.*

*Vide operis hu-  
 ius dedicatio-  
 nem.*

fit vna & eadem? Sin suppresserunt, sua  
 sane fecere perfidia dignum, vt vos ma-  
 ioribus implicent exitialium dissidiorum  
 pedicis, durioribusq; miserandæ seruitu-  
 tis astringant manicis.

sed ne rei veritas, temporis filia me-  
 ritò dicta, misero meo gregi perniciosis  
 versipellium illorum fraudibus sedu-  
 cto diutius sit ignota, agedum paucis lu-  
 ce meridiana exponam clarius, quidnã  
 de capitibus Augustanæ confessionis ve-  
 stræ mihi vobiscum controuersis sense-  
 rit, atque censuerit ille Patriarcha; tan-  
 toperè à vobis laudatus atque magnifi-  
 cis elogijs immo eulogijs prædicatus.

Cum

Cum vestrates Theologi epistola ad  
 ipsum vna cum Græco exemplari Con-  
 fessionis vestræ Augustanæ missa pro-  
 fessi essent ( an vestro consensu, necnè,  
 vos videritis ) sese concilia vniuersalia  
 septem ( ò Deum immortalem? quam  
 ego tota gaudio exulto ineffabili, modò  
 ex animo ita sentiant ) complecti & ex-  
 osculari, ita ad articulum 3. de baptismo  
 & Chrismate ( nam de prioribus meli-  
 us vobis mecum hæctenus, quam cū Gre-  
 cis conuenit ) rescribit. Illud etiam si-  
 mul profitemur ( inquit Patriarcha fol  
 33. E. 1. oportere statim eum, qui bap-  
 tizatur, diuino inungi Chrismate: à quo  
 ( vt & meus docuit Cyprianus ) dicimur  
 Christiani. Causas eius & huius doctrine  
 firmamenta hic omitto breuitatis cau-  
 sa.

*Ex censura Te-  
 remiæ Patri-  
 archæ Constā-  
 tinopol. anno  
 76. Germanis  
 Missæ super  
 confessione  
 Augustana  
 fol. 3. A 2.  
 quæ in margi-  
 ne adnotatur  
 folia, respon-  
 dent versioni  
 doctiss. V. Sta-  
 nislaw Soco-  
 louij Cracouie  
 in lucē editæ.  
 Capita fidei  
 Christianæ à  
 Græcis in Pro-  
 testantium cō-  
 fessione dam-  
 nata.*

Ad articulum 4. de penitentia & pec-  
 catorum remissione nouum vestrum  
 Dogma de sola fide disertissimis vna me  
 cum damnat verbis Catholica, inqui-  
 ens fol. 39. E. 4 Ecclesia ad peccatorum  
 remissionem fidem in primis requirit:  
 sed quæ viua sit, quæ testimonium à bo-  
 nis habeat operibus. Nam fides sine o-  
 peribus, vt inquit Iacobus, mortua est.  
 quod ex D. Basilij testimonio, scriptu-

*1.  
 S. Chrisma  
 post baptismū  
 est necessariū.  
 2.  
 Fides sola dā-  
 natur à Græ-  
 cis, et quòd fi-  
 des viua o-  
 pia proferens  
 opera demum  
 est salutaris*

R 3 ris-

risque plurimis solidè confirmat.

3.  
*De fiducia bonorum operum, quod ea sunt ad salutem necessaria.*

Ad 6. articulum vestrum de bonis operibus respondens necessaria eadem opera (inquit fol. 51. G. 2. ex fide orta) esse ad salutem, propter Domini præceptum, mercedem, & æternæ vitæ præmium reportantibus ijs, qui ita vt oportet, exerceverint.

4.  
*De Sacramentis que Græci docent esse VII. contra Protestantium prophanam novitatem.*

Ad cap. 7. de numero & natura Sacramentorum respōdet. in Ecclesia Catholica & Orthodoxa (inquit fol. 59 H. 2.) septem esse diuina Sacramenta, Baptismum scilicet, Sacram vñtionem, S. Cōmunionem, Ordinem, Matrimonium, Pœnitentiam & extremæ vñtionis oleum. Deinde astruit nō plura, nec pauciora esse.

5.  
*In S. Eucharistia immutari ac transferre panem in corpus Christi docent Græci Catholicis cōcorditer.*

Iam ad illū nobile vestrum articulum x. de Cœna Domini cū multa improbari sibi dixisset (quæ qualia sint, & an hic illud nouū vestrū nouæ Vbiquitatis Idolū notet, an alia itidē absurda impiorum Dogmatū portenta, nec ne, dies docebit) quando nobis vestrā Græcam proferet Confessionis August. exemplar) ita subtexit, Ecclesiæ igitur sancte illud Iudiciū est (inquit fol. 72. I. 4.) in sancta cœna post consecrationē & benedictionē panē in illud ipsum corpus Iesu Christi  
vinum

vinum autem in illum sanguinē virtute spiritus sancti transire ac immutari. Deinde, ne quis inter nos super sit ambigēdi scrupulus, addit fol. seq. istud fieri, trāsformatis & trāsmutatis speciebus in corpus & sanguinem Domini.

Cap. 11. de Confessione in specie faciendæ necessitate ita ille Patriarcha censuit, Eum qui peccata sua Sacerdoti cōfiteatur, inquit fol. 81. L. 1. tum demum eorum consequi curationem, si peccata omnia, omnesque eorum partes, quantum animus illi sufficit, & quantum meminisse potest, cum contrito & humili corde recensuerit, atque confessus fuerit.

Cap. 12. examinans ita respondet Patriarcha. Quod omnes plane Canonicas (inquit fol. 85. L. 3.) peccatorumque expiationes penitus rejicitis, de eo sic statuimus, satisfactiones istas tanquam remedia morborum adhiberi, plurimumque valere, ac magnam utilitatem conferre, vti sancti ac Deo pleni PP. Pœnitentes, Canonicè expiari præcipiunt.

Eodem capite cōtra vos docet nobiscū concorditer ex Sanctorum PP. sen-

R 4

ten-

22  
22

6.

*De Confessione speciali peccatorū quod est necessaria omnium animo succurrentium enumeratio.*

7.

*De pœnis satisfactionibus peccatorū condemnatur Protestantes.*

22

22

8.

*Pia viuorum opera mortuis prodesse, vs*

o.  
o.  
elle  
otū,  
re.  
er.  
ca  
tho  
2.)  
iffi  
5.  
m,  
o.  
au.  
ulū  
bari  
c il-  
do.  
um  
bit  
eret  
sub-  
udi.  
ce-  
onē  
iftis  
ump



*Missarum  
Sacrificia do-  
cent Græci cō-  
tra Protestan-  
tes.*

tentijs pia viuorum opera mortuis pro-  
desse, vos relegans ad Damasceni mei o-  
pusculum, de his qui in fide Christi dor-  
mierunt: vnde nobiscum concorditer  
discatis opera pietatis, & sacras Liturgi-  
as, siue Apostolicę Missæ sacrificia mor-  
tuis prodesse, vt infra plenius.

9.

*Missam esse vi-  
uorū & Mor-  
tuorū sanctifi-  
cationem asse-  
runt Græci cō-  
tra Nouatores  
& Confessionistas.*

Cap. 13. de Liturgia & S. Missæ Sacri-  
ficio cū dixisset fol. 101, N. 3. Opus  
Liturgiæ siue Sacrificij Missæ viuorum  
& mortuorum esse sanctificationē, De-  
inde fol. 107. O. 2. addit, Opus Sacrificij  
in Missa oblatis sanctificare non tantum  
offerentem; sed & eos, pro quibus offer-  
runtur dona illa mystica, cum pro de-  
functis etiam Sacrificium offeratur fol.  
108.

10.

*Ecclesie mini-  
stros nō esse,  
nisi qui ritē  
sunt ordinati  
contra Prote-  
stantes.*

Cap. 14. asserit fol. 160. vos docere no-  
bis & ipsis concorditer, euangelium nō  
ab alijs prædicandum, sacraque myste-  
ria dispensanda, quam ab ijs, qui ritē ad  
hoc mysterij genus ordinati sunt. Qua  
in re non modicum est ad controuersias  
multò maximas sopiendas momentum,  
modò constantes in hoc Dogmate per-  
sistatis. Quinam ergo vestrates sunt ido-  
nei Sacrorum Mysteriorū administri?  
quorum centesimus non est ritē ordina-  
tus.

Cap. 15.

Cap. 15, quo asseritis preces, atque ea, quæ offeruntur, diesque festos, & reliqua quæ quasi ad cauponandam gratiam comparata sunt, pecuniamque ex alienis peccatis corradendam remque faciendam, aut aliquid aliud, nihil omnino ad salutem conferre, ita refutat.

Quemadmodum illi, (inquit fol. 166. x. 3.) qui ita Deo ministrat, nihil proficiunt: nisi irreprehensibiles sint. quantum homini licet &c. ita preces ipsas, sacrificia, oblationes, festos item dies, quæ iuxta beneplacitum Dei, eiusque amore fiunt: ad laudem prætereà illius, memoriamque eorum, qui illi à seculo placuerunt, referuntur, ad excitationem & imitationem virtutis ac præclare ab illis gestorum, recte & conuenienter fieri, magnamque utilitatem animabus nostris adferre affirmamus.

Posthæc cap. 16. de Magistratu, quo docetis non licere Christiano populo (aut homini) alijs præesse atque imperare, pænas item secundum Leges fontibus irrogare, atque omnino alijs Reipublice negotijs immiscere, ita refellit, Nos illud dicimus, inquit fol. 171. Y. 2. obedire, subiectosque esse oportere nos omni potestati atque Magistratui. Deinde

R 5 fol.

II.

*Prodesse pijs oblationes & preces quæ Deo ab indignis offeruntur.*

12.

*Abusus rerum sacrarum & festorum non tollit utilitatem inde piarum animarum provenientes.*

13.

*Obedientiam Magistratus esse pijs necessariam tam erga Ecclesiasticos, quam Ciuiles.*

fol. sequente, oportet nos nō ciuilibus tantum Magistratibus obedire: sed Apostolis etiam ipsis atque doctoribus parere, neque illis per minas & terrores aliquos obfistere, aut aliquo pacto aduersari.

14.  
*Protestantes  
 damnantur à  
 Græcis quòd  
 improbat  
 mundi deserti  
 onem & re  
 rum venditi  
 onem salutis  
 causa factā.*

Postea peruersum vestrum damnans iudicium quod ipsi de rerum præsentium desertione aut venditione subtexuistis, In ea autem parte, qua eos (inquit ibidem fol. 172.) qui sua omnia vendiderunt damnatis, mundumque, & ea quæ in mundo sunt salutis suæ causa reliquerunt. In eo item quod Euangelium non de temporalibus, sed de æternis tantum rebus omnia præcipere dicitis, & quod solum perpetuam cordis iusticiam illud prædicet, ac ita omnino totum illud intelligendum & interpretandum esse putatis; hoc quidem nulla ex parte recipimus. Hæc nouorum Dogmatum monstra, an vestra sint Protestantium, an potius Anabaptistarum, aut aliorum, nescio quorū phanaticorum, vos videritis, atque oculatus nunc tandem dijudicet orbis Christianus.

15.  
*De gratia &  
 libero arbitrio  
 male sentire*

Cap. 18. de gratia & libero arbitrio. Ita tractat, vt vestrum Dogma improbatum se videatur Patriarcha. quo soletis docere

re

re hominem sine sua voluntate saluari; sed mera Dei gratia; quod varijs oppugnat SS. literarum, & P.P. Orthodoxorum testimonijs: quibus suauissimã demonstrat inter diuinam gratiam & liberum hominis iam dei auxilio præditi arbitrium concordiam: ita vt Deus in nobis operetur omnia: sed quæ & nos diuino adiuti auxilio facimus aut eligendo, aut consentiendo, aut cooperando.

*Protestantes docent Græci catholicis concorditer.*

Cap. 20. De sacris traditionibus & præsertim de Monachatu ita refellit. Docetis hæc, inquit fol. 183. Z. 4. vos quidem bona opera non repudiare, omnemque pietatem et religionem sequi: dies tamen festos, sacrificia, stata item ieiunia, fraternitates, Monachorum denique vniuersam politiam, & alia his similia inatilia esse censere. Quod quidem nec recte, nec Sanctis Patribus consentaneè fit atque dicitur. Si enim omnia opera bona, vt dicitis, complectimini: cum hæc ipsa eius generis sint vel in primis, hæc colere, eorumque studiosi esse debebatis. Quod suum Iudicium varijs confirmat rationibus solidisque Patrũ Orthodoxorum testimonijs,

16.  
*Protestantes Monachatu, stata ieiunia, fraternitates, festa & his similia reiiciẽtes & improbant dñat Ec. Græcã cum Catholicis.*

*Protestantes suis met verbis capti & refutati à Græcis coguntur Catholicis consentire.*

Cap.

*Craſſiſſima  
Theologorum  
Proteſtantium  
ſuis mei in  
verbis pugna-  
tia.*

17.  
*Sanctorum inuo-  
cationem piam  
docent Graeci,  
eam negantes  
cum Cathol-  
icis idololatri-  
cam contra ſa-  
crilegam Pro-  
teſtantium  
calumniam.*

18.  
*Quod pio quo-  
dam ſenſu ſan-  
cti vocantur  
mediatores, do-  
cent Graeci Ca-  
tholicis conſen-  
taneè contra  
indoctas Semi-  
theologorum  
Proteſtantium  
cauillationes.*

19.  
*Imaginum v-  
ſum & cultum  
Graeci probant  
legitimum et*

Cap. 21. De cultu & veneratione Sanctorum ita pertractat dictus Patriarcha, vt veſtram doctrinam qua Sanctorum inuocatione damnatis, reijcitis, proculcatis, damnet.

Docte namque duplicem diſtinguit, vt & mei haecenus ſemper Catholici, inuocationem: vnã quæ ſoli Deo vere ac proprie conuenit, et quæ Sanctorum dicitur inquit fol. 203. BB. r. non proprie dici, ſed ex accidenti, vt ita dicam, priuilegio, & quodam modo ex gratia. Deinde addit fol. 204. mediatores autem facimus omnes Sanctos, & poſt pauca. Scimus enim honorem, qui λατρία dicitur, ſoli Deo deferri, neque alium extra illum Deum agnoſcimus, neque adoramus Deos alienos: neque in Sanctis eorumque imaginibus venerandis nimij ſumus: ſed intra modum: metuentes ſcilicet, ne eum honorẽ, qui Deo proprius eſt, illis deferamus: quod abſit.

Res enim eſt impia & à Chriſti Eccleſia, eiusque alumnis alieniſſima vere, & non ad aliud relatè ſacras imagines adorare: quarum omnis honor ad eorum ex. non eſſe nimium Catholicis concorditer. modò ad Sanctos omnis honor referatur.

exemplaria, inquit Basilius, referri debet.

Cæterum & alios Sanctos omnes  
(præter B. Mariam, & SS. angelos) me-  
diatores nobis & aduocatos constitui-  
mus, nec non præsentem tantum in vita:  
sed etiam in futura. Nam isthæc media-  
tio quædam est, cùm angeli, alijque San-  
cti, atq; ad eò non minus ipsa mundi Do-  
mina, pro nobis exorat.

Posthæc Patriarcha vobis tanto stu-  
dio & oblato vestræ obedientiæ vt dicit  
obsequio requisitus Epilogum Confes-  
sionis vestræ Augustanæ de quibusdã,  
vti appellatis, ab usibus aggressurus, ita  
eos refellit vt initio nostram diserte sta-  
tuat panis in corpus Domini transub-  
stantiationem: quod sub specie panis do-  
cet his in tremendis mysterijs accipi.

Secundum est, inquit fol. 208. quod  
inter abusus dicitis, melius esse nubere  
quam vri: nos illis sacerdotibus, qui in  
virginitate persistere non possunt, PRI-  
VSQVAM TAMEN CONSECRENTVR EI  
SACERDOTES FIANTE, VXORES ACCIPIEN-  
di potestatem damus.

Ille nam Græci

Catholicis concorditer quæ post susceptum contrahuntur sacerdo-  
dium.

20.

Sanctos pijs  
esse aduocatos  
etiam post  
hanc vitã do-  
cent Græci Ca-  
tholicis cõcor-  
diter contra  
Prøtestantes  
Purgatorium  
ineruditè ad-  
modum negã-  
tes.

21.

Epilogum Prø-  
testantiũ exa-  
minant Græci  
atque Catho-  
licis consenta-  
neè damnant  
docentes panẽ  
in mysterijs  
sacrificij trãs-  
substantiari  
& transmũ-  
tari.

22.

Sacerdotum  
coniugia dam-  
nant

23.

*Omnia Mona-  
chorū mari-  
monia dānant  
Græci Catho-  
licis concordi-  
ter. Matrimo-  
nia Lutheri,  
Buceri, Decolā-  
padij Munste-  
ri, & similiū  
Græca dānant  
Ecclesia.*

Ille autē qui semel VIRGINITATE  
PROFESSVS EST, VIRGO permaneat.  
si huic humanitus quid contigerit, hunc  
Ecclesiastica disciplina coercem⁹ & per  
penitentiam ad vitæ moderationē reuo-  
camus, videtis nē ō mei Principes, quid  
de Matrimonio, quod imperitis persua-  
dent Lutheri, Buceri, & similibus facti-  
fragorum Monachorum iuxta vestri pa-  
troni arbitrium statuere debeatis?

24.

*Privatas Mis-  
sas probant  
Græci modo  
non questus  
causa fiant  
quod & Ca-  
tholici profite-  
mur.*

Tertium est de vna publica Missa,  
quod priuatarum, vt dicitis, multiplica-  
tio ex quæstu sit exorta. Quod prudēt  
ille ac doctē distinguit Patriarcha. Si quis  
sunt, inquit fol. 208. qui ad quæstum &  
lucrum tantum referant mysterium, illi  
turpiter & improbe faciunt. Auditis nē  
illos qui mysteria hęc diuina tantum ad  
lucrum referunt, peccare? quis hoc vn-  
quam apud Romanos, aliosuē Catho-  
licos laudauit? an non leuiculi illi Galli  
passim hoc nomine audiunt pessime? nō  
igitur priuatas damnant Missas Græci,  
sed improbum earum vsum ex auaritiæ  
studio profectum;

25.

*Confessionem  
peccatorū etiā  
cordis occul-  
tissimorū ne-  
cessariam pro-*

Ad quartum de confessionē & pec-  
catorum remissione, vobis ex D. Basili-  
lio respondemus, inquit fol. 209. oportere  
vnumquemque nullum animi motum

tum occultum apud se cōtinere: sed oc-  
cultissima etiam quæque cordis sui, con-  
fiteri.

*bant Græci  
cōtra Erote-  
stanes Catho-  
licis conformē  
rer.*

Ad quintum de oblationibus & fe-  
stis, & statis ieiunijs, & traditionibus, &  
quas impossibile est seruare & cæt. vo-  
bis ex D. Basilio, inquit 210. responde-  
mus, Cauendum nobis est, ne occasione  
vnius præcepti alia transgrediamur, &  
cæt. omne igitur corporis exercitium  
(puta ieiunium, corporis maceratio & à  
carnibus abstinentia) ad virtutem ani-  
mi referri & comparari debet. quod ne-  
cessarium, nedum vtile ostendit, vt vo-  
luptas retundatur, & libido refrenetur.

*26.  
ieiunia & à  
carnibus absta-  
nentiã laudat  
Græci Catho-  
licis consenta-  
neè, quando  
ad virtutem  
animi referū-  
tur, vt carore  
frenetur.*

Hac igitur ratione ea omnia, quæ no-  
bis, à SS. Patribus tradita sunt, tanquam  
ea, quæ hunc solum in finem respiciunt,  
seruare & cōplecti debemus. Qui enim  
talia spernit, Deum spernit. neque omni-  
no quicquã earum rerum, quæ nobis à  
SS. viris sunt relicte, aut ridendum, aut  
traducendum est. Et si quis præter plium  
vsum ac finem his abutatur, non oportet  
tamen tales traditiones irridere, aut  
traducere: sed eos qui abutuntur, leuiter  
instruendo admonere, ipsarum autem  
rerum verum & rectum vsum demon-  
strare.

*27.  
Traditiones  
Ecclesiasticas  
non esse pro-  
pter quorundã  
abusum tollē-  
das: sed errā-  
tes leuiter ad-  
monendos, ne-  
dum schisma  
invehendū  
abuentiū casu  
sa Græci Ca-  
tholicis docēt  
concorditer.*

Ad



28.

*Traditiones  
Ecclesiasticas  
Christiano im-  
possibiles non  
esse docent  
Græci Catholi-  
cis Consenta-  
neè contra ini-  
quas Protesta-  
tiū querelas.*

Ad illud quod dixistis, Impossibile esse quenquam omnes traditiones serua-  
re, audite, obsecro per Christum, audite  
ô mei Principes, quid Patriarcha vobis  
ex D. Basilio respondendum censuit.  
Pudor est homini Christiano ( inquit  
fol. 211. ) sanctis & pijs institutis consci-  
entiam suam grauari aut perterreri di-  
cere.

29.

*Monasticā vi-  
tā quia Pro-  
testantes dā-  
nant, Græci do-  
cent eos non  
esse viros bo-  
nos.*

Omne enim quod est ex Deo, vincit  
mundum & cæt. vnde concludit Mona-  
sticam vitā quæ recto fine, Deique cau-  
sa suscipitur, neminem bonum vnquam  
contempsisse: quod vitæ genus, inquit, o-  
mnes laudant & admirantur.

30.

*Sophismata  
Protestantiū  
ex D. Paulo  
indoctè detor-  
ta dissoluit  
doctiss. Patri-  
archa sensu  
Catholicis pro-  
bato.*

Pergit deinde sophistica vestrorum  
Theologorum argumenta dissoluere,  
docte sanè atque singulari eruditione  
ostendens loca ex D. Paulo ab illis im-  
peritè admodum in sacras Ecclesiæ Tra-  
ditiones contorta non benè intellecta:  
quippe quæ à spiritu S. sint contra Iudai-  
zantes, aut Marcionistas, Encratitas, Ma-  
nicheos & alios Hæreticos dicta fol. 212.  
& seq.

31.

*Monachatum  
esse à Deo in-  
stitutum, què  
deserentes sa-*

Cæterum quia vidit doctiss. Patriar-  
cha Theologos vestros Vatiniano plane  
odio, sed imperito pium & semper lau-  
datum persequi monachatum, ostendit

ex

ex D. Basilio à Deo illū ex perpetua no-  
stræ salutis cura institutū, vt qui ipsi (in-  
quit fol. 214.) in Matrimonio seruire  
nolit, seruiat in virginitate, quam qui li-  
bere vouit atque professus est deo, non  
licere pedem retro referre: sed oportere  
corpus Deo dedicatum conseruare inte-  
grum: quod citra sacrilegij crimen com-  
munis vitæ (aut matrimonij) functioni-  
bus non licet contaminare fol. 216.

Qua ex re concludit Patriarcha, Mo-  
nachorum vitam recte appellari perfe-  
ctam ex D. Chrysoft. testimonio fol. 218.  
laudare igitur potius, quam extenuare,  
inquit, monasticæ vitæ institutum con-  
uenit.

Quia verò Theologos vestros, ô mei  
Principes, videbat ob causas, nugasque  
sophisticas supra cōmemoratas schisma-  
ta in corpore Christi ( quod Catholica  
est Ecclesia ) facere, digreditur in locum  
communem contra ipsos: cui Ecclesiæ  
dictum est, inquit fol. 222. Vos estis  
corpus Christi & membrum de mēbro,  
vno, solo, vero, principatum obtinēte  
ac mutuò omnia membra conglutinan-  
te capite; ipso inquam Christo Iesu. A-  
pud quos verò mutua non colitur con-  
cordia, neque vinculum pacis seruatur,

S neque

*sacrilegio sese  
contaminare  
docent Græci  
Catholicis cō-  
corditer.*

32:  
*Post votum  
nō licere vti  
matrimonij  
actu docent  
Græci Catholi-  
cis cōsentaneè*

33:  
*Vitam Monā-  
chorum recte  
appellari per-  
fectam.*

*Theologos  
Protestantiū  
variè suā ob  
improbiteriam  
vapulantes et  
immeruò ac  
temerè schis-  
ma facientes  
Græci demon-  
strant nō esse  
Christimēbrā;*

neque spiritus mansuetudo custoditur  
sed discordia, contentio & æmulatio im-  
plent omnia, nimis profecto audax re-  
est, tales vocare mēbra Christi, aut dice-  
re ab ipso regi: stultę verò mentis nō libe-  
re fateri, in illis imperium sensus carnis  
dominari.

*Certa Germa-  
niæ reforman-  
dæ ratio est  
synodorū ob-  
servatio.*

Postremū Patriarcha finē suo respōso  
factur<sup>9</sup>, refutatis ad 30. duo aut tria fidei  
vestrę nouæ capitibus, rationē vobis o-  
stendere nititur; quæ illa vestrā per Ger-  
maniā reformētur, q̄ suo sūt, inquit fol.

*Protestantes à  
Græcis in com-  
munionē non  
recipiuntur  
nisi VII. Syno-  
dorum Canoni-  
bus obediant,  
& traditio-  
nes P.P. reci-  
piant.*

224. dimota loco; si nihil præter ea, quæ  
nobis à SS. Apostolis, sanctisq; Synodis  
diuinitus ordinata sunt, ordiemur, ni-  
hil aliud sequemur. Aquarum Synodo-  
rum decretis addit eodē fol. qui cōtuma-  
citer progreditur, aut aduersus sanctos  
PP. impudenter sese effert, hic nullam  
nobiscum cōmunionē habere poterit.

Interminatur autē vobis fol. 226. seſe  
vos suū in gregē ( vti tota mēte vos qui-  
dē voluisse dicit fol. 226.) suscepturum:  
nisi Apostolicas & Synodicas secū Tra-  
ditiones sequi velitis, eisq; vos subijce-  
re. Auditis, ò mei Principes & populorū  
Protestantiū Gubernatores, illas Græca-  
nici Patriarchæ conditiones, citra quas  
vos suā istā in schismaticā suscipere non  
vult

vult cōmunionē? Ipse vniuersalib<sup>9</sup> pare-  
 re nō vult Synodis, suis licet à maiorib<sup>9</sup>  
 piè atq; meis Catholicis cōcorditer iam  
 pridē susceptis, quarum qualdā nō susci-  
 pit: vult tamē vōs illis subijcere, cū Syno-  
 di Ecclesiasticę semper eundē habeāt spi-  
 ritū s. authorē. Porro Dogmatica omnia  
 ad 3. aut tria recte monet vobis necessa-  
 riō & agnoscenda, & suscipienda. siqui-  
 dē eius respōsio aliud nō est, quā veræ fi-  
 dei meæ Cathol. Apologia: cū eā suo  
 Patrocinio nō indocto, aut male solido  
 irrefragabiliter constabilierit. Christo  
 meo laus & gloria! Ad noua eius Dog-  
 mata, opinor, non transibitis, nec dela-  
 bimini infœlicius, quod omen ablit: à  
 quibus vos vna mecum hæctenus scio  
 abhoruisse. puta de fermentato, & Spi-  
 ritus s. à solo Patre processione, & si quę  
 fortè sunt alia. Quis autē vos & à Catho-  
 licis meis, & à schismaticis Græcis dissen-  
 tientes, ac fidei meæ Apostolicę atque  
 Catholicę veritatem quasi Tantali a-  
 quas fugitantes isto in nouatorum erro-  
 rum luto semper hæsueros asserat? E-  
 quidem vos maiorem æternæ vestræ sa-  
 lutis rationē spero per Christum Iesum,  
 quod supplex Patrem illum misericor-  
 diarum oro atque obsecro, habituros.

CAP. 12.

Proinde nouis uestris omnibus Confessionibus Augustanis discorditer ad eo variantibus, & Apologijs turpiter ad eò adulteratis, mutatis, mutilatis, deprauatis renunciantes ad me uestri ex animo amantissimam corde toto tandem redite matrem, & meam vnam fidei Catholicæ atque Apostolicæ Confessionis amplexati accedamus cū fiducia ad thronum gratiæ Domini mediatoris vnicū atque saluatoris nostri singularis Iesu Christi: qui nobis Patrem nostrum iustissimis ex causis offensum placabit facile. Vult enim omnes saluos fieri, & ad cognitionem veritatis Euangelicæ peruenire, multò magis aberrantes redire modò filium suum in propria venientē fide suscipiant euangelica per Apostolos toti orbi initio deprædicata, eique siue ipsius legibus Euangelicis studeant sese morigeros reddere. His enim de-  
 mum sibi obtemperantibus author factus est salutis eterne. Quibus vt & vos o mei Principes & Ciuitatum Germanicæ Gubernatores, verè accense amine faxit Deus Dominus sponfus meus Iesus Christus, qui vos ardentissimis sancti votis exspectat, vt vnum sibi per Germaniam iterum sit ouile, et vnus pastor

Hebr. 5.

*A flagrantiss.  
 Christi deside  
 rio vt vnum  
 per Germaniã  
 sibi restituatur  
 ouile vnusq;  
 Pastor fiat.*

ne diutius sit altare contra altare; ne amplius stet Iudas contra Israhel, sed ut omnes unum simus in ipso corpore, id ipsum ore uno dicentes, & uno corde idem sentientes: donec occurramus omnes in plenitudinem ætatis Christi in virum perfectum; ac finem fidei nostræ reportemus salutem animarum nostrarum. Quam assequi vos quidem non valebitis, donec in funestis istis Hæreticorum schismatibus hærentes corpus Christi mei sacratissima crudelitate dilaniatis. Indubitatissimum namque habendum est pijs omnibus, eum non posse Deum habere Patrem (testibus Cypriano & Augustino) qui in Ecclesia Catholica Christi Iesu Ecclesiam non habet matrem.

Huius Ecclesie Christi Catholicæ nomen vos quidem vobis, ut & alij a vobis nobisque exitialiter & segregati, & damnati aliquot Evangelici, conamini vendicare: sed vobis, ut & cæteris meo à corpore perniciosè auulsis membris, cõcorditer resistit, reclamant, repugnant totus orbis terrarum. A vobis non exiit, sed de Syon, Lex Domini. A vobis Dominus Christus cælestem suam non est expressus Evangelici regni doctrinam. A vobis non egressum est, sed à Ierusalem,

S 3

ver.

*Ephes. 4.**1. Pet. 1.*

*Cypria. de Ecclesie unitate  
D. Augustinus contra Donatist. de Baptismo.*

*Ab antiquitate Catholicæ Christi Ec. ante Germanorum ad Christum conversionem.*

*Esai. 2.*

*Vide huius  
Querimonie  
dedicatoriū.*

verbū Dei. A quibus verò, & quorū o-  
perā illud tandem, quasi orbis quædam  
reliquiæ, imò velut quidā posthumi, ac-  
ceperitis, alibi est indicatum. fuisse autē  
in mūdo ante vestrum ad salutarē Chri-  
sti sponsi mei ex vero Euangelio agniti-  
onem & Cōfessionem accessum per an-  
nos minimum octingentos, veram Dei  
Ecclesiam Catholicam, inficiando non  
estis. In eam piē admissi, religiosē susce-  
pti, ac Deo vero in veram demum salutē  
renati perstitistis (ô quanta mea pridem  
gloria! cuius vel memoria mærentem  
magis discruciat, ô quanto meo spiri-  
tali lucro! cuius recordatio tabescen-  
tem tantum non exanimat: quorum o-  
pera sedula, inuidioque auxilio Chri-  
stiano & Polonia, & Bohemia, & Li-  
thuania Christo sponso meo dura sæua-  
que submisit colla) perstitistis, dico, in  
eam admissi, & Deo renati per annos  
plus minus septingentos. A qua vestri  
Maiores haud ita pridem offensi meo-  
rum dicam nauclerorum, an vectorum,  
an aliorum (pro pudor & dolor!) pu-  
det ita me Christus amet, dicere. quos  
enim, aut quid tandem dicam: Mori-  
bus, abusibus, fraudibus? (meministis  
enim, scio, meministis quid nam meus,  
vestre

*Pathetica o-  
ratio Eccle-  
siae doloribus  
amissorum fi-  
liorum exagi-  
ata & perturba-  
tior.*

vesterque Adrianus ille v. i. initio istius  
 schismatis vestræ in primis reconciliati-  
 onis ex animo verè paterno studiosissi-  
 mus sua ad vestra Comitia Norimber-  
 gensia epistola meritò agnouit) vestri  
 Maiores, inquam, offensi, immò auri-  
 bus prurientes, nè dicam meis opibus  
 quidam inhiantes, à Catholica Dei Ec-  
 clesia sese subtraxerunt, atque in ista ve-  
 rè sacrilega schismata vobis, vestrisq; mi-  
 seris posteris certò exitialia sese præci-  
 pes dederūt. Verum quibus moti Verbi  
 Dei testimonijs, pudet cōmemorare; qu-  
 bus seducti suorū nouorū Magistrorum  
 fraudibus, mēdacijs, calūnijs, miseret re-  
 cordari. vos enim superius dictorū satis  
 superque iā meminisse opinor. In men-  
 tem veniat qua fide vestri egerint Theo-  
 logi in concinnanda primum Confes-  
 sione vestra Augustana, exitiali Pando-  
 ræ illius pixidi merito assimulata; quo-  
 nam modo fuerit varie Carolo V. A. ex-  
 hibita, Latinè aliter, Germanicè aliter,  
 anno 30. aliter, anno 31. aliter. Deinde  
 Apologia eiusdē quanam fide fuerit cō-  
 scripta, quæ anno mox illā consequente  
 fuerit articulis haud postremi momenti  
 mutata, testimonijs Patrū Orthodoxorū  
 in priore solidissimè allegatis mutilata, et

*Ab ingenua et  
 Christiana  
 Adriani vi.  
 Confessione  
 de causis of-  
 fensi populi  
 Dei anno 22.  
 ad Germano-  
 rum Comitia.*

*Quā mala fi-  
 de rem Prin-  
 cipum egerint  
 Theologi Con-  
 fessionis Au-  
 gustanæ rapta  
 di & Patro-  
 ni noui.*



280 QVERIM, ECCL, CATH,  
vera Confessionis vestræ Augustanæ  
Carolo meo Augusto V. exhibitæ do-  
ctrina fraudulentur exspoliata, deprau-  
ta, adulterata.

*A frauden o-  
uorū Theolo-  
gorū, qui fal-  
sam & depræ-  
uatā Apologi-  
am contexue-  
runt in Con-  
cordiæ libro  
veræ Augusta-  
næ Confessio-  
ni: quæ ipsam  
funditus euer-  
sit.*

*A dolo perni-  
cioso quod no-  
ni Theologi  
Protestantib⁹  
in Libro Con-  
cordiæ nouum  
obtrudunt i-  
dolū Vbiquita-  
tis hæctenus  
Christianis  
inaudiū, &  
Iuo à Luthero  
disertis ver-  
bis dānatum.*

Ad hæc licet in illam primam Apolo-  
giam vniuersi iurare sunt soliti Docto-  
res Lipsiæ vestræ, ac V Vittenber. crea-  
ti: tamen nunc vestræ tandem ex archi-  
uis Maiorum vestrorum instauratæ Cō-  
fessionis Augustanæ audent assuere isti  
infælices sutores, fabri, & textores Apo-  
logiam; quæ centonico isti operi vestræ  
nouæ concordiæ suffarcinata vestram  
funditus evertit Cōfessionem verè Au-  
gustanam. Porrò præter fidei meæ Ca-  
tholicæ Dogmata, à vobis aut sacrilege  
reiecta, aut impie addita nouū vobis in-  
gerunt inauditæ mihi toto terrarū orbe  
hæctenus Vbiquitatis idolū: quod vel  
Luthero vestro diserte damnatum im-  
pia fraude vobis nunc à pauculis Euty-  
cheti Hæretico, & deliro Sv venfeldio  
addictis sub stibiato Euangelij fuco in-  
peritè obtruditur.

Quæ vna res rectè cōsiderata, & pro-  
ut meretur, sedulò expensa viro prudē-  
ti vel sola sufficiat omnē istis nouis Pro-  
testantiū Theologis, primis illis vestris,  
& ipsorum met in Euangelio, si Christo  
plē

placet, Magistris aduersantibus, adeoque pugnantibus fidem semel abrogare, aut saltem semel persuasum efficere, illos pacifico Christi spiritu agi non posse, qui tam inter sese docēt ex diametro aduersantia, immo sibi ipsi loquuntur tā manifestē pugnantia.

Hanc enim doctrinam Ubiquitatis nō modò vestri Saxones ante annos admodum pauculos sex aut octo, puta 71. in Synodo Dresdensi, disertis verbis reprobarunt, errorisque Heretici vnanimiter damnarunt, ex allegato illic non solum Orthodoxæ Ecclesiæ consensu meo: sed Lutheri etiam manifesta doctrina plurimis ex eius operibus repetita. Nunc autem eisdem vestros Theologos in eadem fidei Christianæ doctrina suā ipsos met ita subito mutare sententiam, & eam Synodalem, atque vnanimiter adeò, quod ipsi sui titulo libri contestatur, ab vniuersis Academiarum Saxonniæ vestræ professoribus; ab vniuersis Saxonniæ Superintendentibus; ab vniuersis Saxonniæ Pastoribus definitam, & pro Dei verbo, Germanoque Christi Iesu euangelio Germaniæ, imò toti orbi expositam, ac libro impresso æditam mutare, immò Hæreseos damnare, cuius,

S 5 quæ-

*A fæda nouorum Theologorum inconstantia; qui nunc pro fidei articulo imperitè impie obtundunt, quod ipsi met ante annos sex, vel octo damnarunt Hæreseos, allegatis Lutheri sui varijs testimonijs, & Orthaodoxorum PP. consensu.*

quæso vos, est aut mentis? aut Religio-  
nis? An ijs adeò varijs, adeo inconstan-  
tibus, adeò suimet ipsorum damnatori-  
bus, euersoribus, profligatoribus vestrà,  
ô mei Principes & populorum Primates  
animum tandem attendite! obsecro at-  
tendite! credere audeatis æternã salutẽ?  
Credite hic vel Luthero vestro semel in  
mendacio deprehensis non esse haben-  
dam fidem.

An illis suam quisque vestrum salu-  
tẽ credat æternam, qui libris editis con-  
tra vestram istam concordia disertã ora-  
tione profiteri audent sese doctrinã illã  
opere concordia vestræ ann. 80. in lucẽ  
edito comprehensam manu, non merte,  
signasse? vt Iohan. Schutz ad ducẽ Sa-  
xo. F. scribit anno 80. Quorsum hinc in-  
fulsam illam referam Pædagogorũ, im-  
peritissimorum Custodum & Ludima-  
gistellorum aliquot ferraginem ambi-  
tiosè suis titulis gloriabundam sua sub-  
scriptione illam confirmantem? ô ficul-  
neum præsidium à misero misellorum  
aliquot grammaticorum grege petitũ  
qui ne ipsa quidem controuersiarum  
istarum grauissimarum elementa intel-  
ligunt, non plus sane quàm de Lira eius.  
que consonantia asinus.

Quorsum

Quorum hic cōmemorem quod vester SS Literarum professor, vt quidem sese ambitiose appellat, David Gythæus scribit, Iſtam veſtram Concordiam ſempiternum fore perpetuæ inter Proteſtantes, diſcordiæ ſeminarium?

Magnum ſanè aduerſus vos (modò ipſi vos tam nobili veſtro Theologo ad ſubſignandū nouā iſtam veſtram cōcordiam requiſito fidem habere dignamini) præiudiciū: ſed maioris eſt momenti, longeque grauioris merito ponderis cēſura illa vere aurea: quam abhinc quinquennio Ieremias Patriarcha Conſtantinopolitanus à quibuſdam veſtrum rogatus, cū donis Dalerorum plurimorum non leuiculis eius domeſticos & officiales etiam tentafſetis, vobis reſcripſit. Si quidem ea in fidei meæ Catholicæ ſolidam, immò irrefragabilem contra vos doctiſſimè contexta eſt Apologiam, Patrociniumque longè omnium fidiffimum ac iuxta tutiſſimum, omnique artificio inuiolatum, quia ab iuratiſſimo mei nominis hoſte profectum: quo innouata temerè, ne dicam irreligioſe Dogmata veſtræ Confefſionis Auguſtanæ ad triginta fere duo, aut tria ſolidis

rati-

*Apæiudicio  
cēſuræ Græ-  
cæ; que cōtra  
Proteſtantes  
ſolidā Catho-  
licæ Chriſti  
Eccleſiæ cōte-  
xuit Apologi-  
am, errores  
eorum dam-  
nans 33.*

284 QVERIM. ECCLE. CATH.  
rationibus refutauit, ac meis Catholicis  
consentaneè damnauit. Immo vos, li-  
cet ipsi in communionem cum sua schi-  
matica Ecclesia vltro atque tota volun-  
tate obtuleritis (eheu dolendam atque  
lugendam mihi vestram cæcitatem!)  
in eam suscipere prudens recusauit: nisi  
septem Synodorum Canones cum illis,  
quæ nostris maximarum controuersia-  
rum capitibus, & ecclesiasticas siue Apo-  
stolicas susciperetis traditiones. An non  
facilior iuxta atque certior, simul & soli-  
dior mecum ineatur veræ atque Chri-  
stianæ adeoque Euangelicæ concordie  
ratio? Quid igitur, inquietis, ad solidam  
in vna Christi fide concordiam consilij,  
quid remedij?

*Deliberatio  
cū suis filijs  
vt certissimo  
vtantur re-  
mediodiuit  
in Catholica  
Christi Eccl.  
instituto, pu-  
ta Synodo  
Christiana.*

Ad vetera, filij chariss. vos per Chri-  
stum obsecro, respiciamus exempla ve-  
terum in mentē nobis veniat remedio-  
rum, quæ nobis Deus opt. semper super-  
esse voluit omnium saluberrima. Syno-  
dos dico Ecclesiasticas legitimè ac pri-  
co de more salubriter celebrandas: qua-  
rum semper, vti meus testatur Augusti-  
nus, in Ecclesia Christi saluberrima est  
authoritas.

Alia enim remedia qui modò aut vo-  
bis, aut alijs, aut sibi quærunt, malos imi-  
tati

tati medicos aliena, non propria, inefficacia, non salutaria quærunt ægris medicamenta. An non est resina in Galaad, ut vestra curentur infausti schismatis vulnera? An manus Dei abbreviata est, ut charissimam meam Germaniam mihi reddere, adeoque sanare, ac readunare nequeat? Hæc supplices toto pectore omnes postulemus nobis adhiberi salutariter. Deus noster Deus est saluos faciendi, qui dispersos percutiendo congregat, congregando sanat, sanando saluat. Ad Synodos conueniamus exemplo nostri Caroli Magni, aui vestri Ludouici pij & cæterorum: qui Germaniam meam haud minus olim aut improbis Clericorum meorum moribus deformatam, aut Hæresibus perturbatam in piam Concordiam per Synodos Christianas reuocarunt, reformarunt, sanitati pristinae in Christo reddiderunt.

Atqui meos Clericos, dicatis fortè, moribus diutius vobis intolerabiles: quia perditissimos, vita prophanos, Canonicos nunquam minus quam Canonicos, Simoniacos, Concubinariorum, cupidissimos, & ut semel dicatur, bis Laicos & nihil minus quam Ecclesiasticos.

Vtinam ista vere inficiando fuerim?

vereor

*D. August. e. pist. 118. ad Ianuar.*

*Ab antecedentibus.*

vereor equidem mihi multò plus negotij facessendum in ijs suū ad Canonē reformandis, quā aut in plebe Domini castiganda, aut erraticis Christis ouiculis ad ouile Dominicum reducendis. Inter eos tamen, vt in illa Euangelica Domini nostri Christi Iesu area, triticum est paleæ, Zizanijs, & Lolij permixtum hoc tempore discernendum. Sed si quidam peccarunt, & vita moribusq; Deum nostrum, aut vos fide infirmiores offenderunt, quid ego misera vos ô mei filij chariss. quid ego misera vos læsi? ego infausta quid vos offendi! ego infausta mater omniū vestra omnes meos Deo pariens filios, dono Dei probos, aut suo post arbitrio improbos, quid vos læsi? vt me fratrum aliquot vestrorum causa nolitis agnoscere, nec mecum in gratiam tot post emanationis annos redire, nec in vnitatē familiæ Dei quasi in pristinum Christi Domini corp⁹ vnus fidei Christianæ concordia recoalescere, atque omnino readunari? malam mihi sanè, malam rependitis talionem, iniquum mihi vos Christo partu meo regenerati, opere mea educati, doctrina mea Euāgelica pridem imbuti redditis minerua.

Istane est merces mea quia Deo vos genui,

genui, educaui, exaltaui? Roma. Imperij  
 fascibus & insulis singulari prærogatiua  
 in Othonibus vestris decorauit? Eorum  
 saltem æmulamini vestigia, si fædam  
 ingratorum immò degenerum filiorū  
 studetis notam effugere. Quid ad meam  
 redundat iniuriam? quid meā exasperat  
 orbitatem omnium acerbissimam quod  
 improbi mei antea in Deum, & vos pec-  
 carint quidam filij? suum quisque onus  
 portabit. Domino suo illi stant, aut ca-  
 dunt. Quorundam improbitas, auaritia, *Rom. 13*  
 Hypocrisis, vt vt pharisaica probos fili-  
 os meos non magis cõtaminat, lædit, aut  
 esse queat noxia, quam tritico zizania:  
 quorum inter infastos, inuidos & æ-  
 mulos subtriste admodum exoritur cul-  
 mos.

Sinite & vos, quæso, vna cum Euan-  
 gelico illo nostro agricola crescere ziza-  
 nia vsq; ad Messem, donec discernedi ve-  
 nerit hora. Nunc sementis agitur, nunc  
 ager Dominicus excolitur, aratur, sulca-  
 tur, occatur in illam breui adfuturam  
 messem. Interea an non satius fuerit at-  
 que Christianæ charitati congruentius  
 considerate, obsecro, attentè considera-  
 te, vt vtrique in mutuã alterius euigile-  
 mus salutem æternam? Anne consultius  
 fuerit



fuert vt alter alterius onera, infirmitates, imperfectiones, errata, lapsus, delicta portantes, & nos mutuum in spiritu lenitatis, fraternæq; charitatis pace suscipientes ac inuicem tolerantes, adimpleamus legem Christi? Illis communiter, & vobis, ô mei filij Christo regenerati! salutaria quæramus ex vero Dei amore animarum saluandarum remedia.

*De indubitata concilianda Christiane cū Protestantib⁹ Cōcordiæ spē videatur huius dedicatio.*

*Vide acta Colloquiorū Ratispon. & Warmat.*

Ad Synodum igitur vt dixi quā primum omnes conueniamus Ecclesiasticam, cuius salutari vsu videmus omnia olim ecclesiæ vulnera, morbos, dissidia etiam horribiliora, immo schismata, vt vt Chironica, aut fontica optatum pijs omnibus semper accepisse remedium, pristinamque recuperasse in fidei unitate sanationem. Paucula enim nobis supersunt Dogmata fidei controversa, sex, ni tota fallor, aut summum octo de quibus iam pridem haud infeliciter iacta sunt in eundem optatissime mihi, pijsque omnibus Concordiæ fundamenta minime futilia. De moribus autem vtriusque partis, nunc quasi in communivectorum procella, quando præsens impendet omnibus ob intestinam discordiam exitium, facilius cōueniat quod die ipsi

ipsa, & temporis filia veritas diuinitus ostenderit non pauca remedia, nec leuicula consilia, nec pauci reformandis plurimis tandem facti sunt solito æquiores.

Conueniamus tantum, conueniamus, inquam, Deus opt. suæ vni illi non poterit deesse ecclesiæ Catholicæ atque Apostolicæ. Non enim Deus clementiss.

repellet plebem suam, non in æternum iratus comminabitur, non in æternū implacabilis irascetur, non in æternum inexorabilis continebit in ira sua misericordiam suam, sed suæ promissionis memor optata illa suæ paternæ pietatis viscera in ira ista sæuissima quidem & acerbissima, tamen iustissima, super nos benignè tandem effundet propitius.

*Psal. 93.*

*Psal. 102.*

*Ab indubio*

*Dei promissō.*

*Eccl. Catholica, factō.*

Vulnera quisque nostrā vtrique candidè, atque indissimulanter agnoscam⁹, eis ex animo Canonica toti quæramus remedia; quæ pacis atq; Christianæ sunt Concordiæ quæramus: & Deus pacis erit nobiscum. Pacem & veritatem diligamus, veritatem suam nos nō cælabit, quæ vt manet in æternum, ita eam ipse custodit in seculum seculi.

*Philip. 4.*

*Zacha. 80.*

*Psal. 130.*

*Esai. 2.*

Venite ascendamus ergo ad Montē Dei Sion, de qua exiuit lex! Ascendam⁹ ad Ierusalem illam matrem nostram, de

T

quā

*Sach. 3.**Rom. 16.**Mich. 7.*

qua initio egressum est verbum Dei: itaque pacem & veritatem ex animo diligentes conuitamur, filij charissimi, toto pectore, vt Deus spei nostrę sua non impleat pace in credendo, & concordia vnus suę fidei Catholicę atq; Apostolicę certoque ad eundem Euangelicę readunare, atque totos imbuere dignetur: quam vos tam varijs aberrantes vijs suã quęque sectando deseruistis, violastis, dirupistis, dissipastis. Interea dum vos indubia spe ad me breui redituros expecto, ego iram Domini Dei nostri portabo, quia peccaui ei, acerbissimam filiorum meorum charissimorum orbitatem perdolenter deplorans.

Et si enim vos à me totum hoc feru iam seculum, ò longum mihi, vereque infelix seculum! vobis exitialiter subtraxistis: maneo tamen, maneo pijs electis Dei filijs omnibus mater ecclesie Christi Catholica. A qua ne infelice aberratis diutius sacrilegis istis implicatis schismatibus, & dolobus illusi, immò vera seducti Euangelij Apostolici doctrina sophismatibus, equidem die, nocteque, toto terrarum orbe pro Hæreticis & diabolica fraude deceptis omnibus Christi sponsi mei ouiculis supplicare

*Sic in pijs illis  
Litanijs  
Sacrosanctę  
Parasceues  
toto orbe ad  
Deum fuis*

care assiduis non desino thronis. Quos *perorat Ecclē*  
 si euestigio Deus exaudire nō dignatur, *sa Christi C. C.*  
 quia meritō mihi offensus: pro vobis *tholica.*  
 tamen o charissimi meę Germanię Prin-  
 cipēs, & Optimates, pro vobis, inquam,  
 gemere, plorare, atque Propheticum il-  
 lum strutionum planctum plangere nū-  
 quam desistam, donec vos ad satiam re-  
 uersos mentem, certoque exitio isti prę- *Amos 9.*  
 sentissimo, & eo sempiterno exemptos, *Mich. 1.*  
 recuperatos mecum in vnitae fidei Ca-  
 tholicę vestris à maioribus, tanta cum  
 laude! tanta cum gloria! susceptę, ac *A nota odio.*  
 illustriori laude pridem in exteros pro- *se nouitatis*  
 pagatę videro, & in vno Christi Ie- *doctrinę à me*  
 su sponsi mei ouili congregatos. Nolite *moria Christi*  
 filij charissimi! Nolite matrem vestram *anorum Ecclē*  
 Catholicam Dei Ecclesiam nunc nouā *sij incognita.*  
 Dei, aut colendi, aut credendi docere  
 formulam, quam vos post annos 100.  
 primi nouis vestris à Magistris adeo va-  
 riam, adeo inter vos mutuò pugnantē  
 nuper accepistis cætero meo gregi hæc-  
 nus inauditā & incognitā, imò in conci-  
 lijs vniuersi populi mei Christiani vni-  
 uersalibus sæpius dānatam. Nolite trās- *Prou. 22.*  
 ferre terminos, quos posuerunt patres  
 vestri! nolite vestre iuuenili ac imperite

*Ier. 6.  
Prouerb. 3.*

inuiti prudentiæ: sed stete super vias antiquas & interrogate Maiores vestros, ac veros, vestro etiam iudicio, De veri cultores: qui in Germania mea omnium primi verum Christi Iesu sponsum mei acceperunt Euangelium toti orbis Christiano in vnitae fidei meæ Catholicæ atque Apostolicæ consentaneum.

Quod si ad me vel post annos funestius istius schismatis vestri Germanici sexaginta, & quod excurrit, nondum redeundi est animus, vt Christiana Concordia in vnum illud pristinum coalescamus Domini Christi corpus; quod vestra modò iacet atque elanguescit, ne discam, dilabitur, imò sensim totum emoritur, Discordia tot varijs nouæ fidei vestrae inter vos pugnis pertinacissimè armata, caute filij chariss. iterum moneo & obnixè obsecro, caute, ne à vobis exemplo Syrorum, Armeniorum, Africanorum, Græcorum & vicinorum vobis Hungarorum auferatur ab infestis isthac vobis, adeoque capitibus vestris impendete Turcarum immanissimorum Tyrannide regnum Dei. Ea enim iam nunc vestra in corpora in omnium miseram seruitutem redigenda; imò deglutienda crudeliter admodum inhi-

*A certissimo  
Turcarum Tyrannidis periculo.*

at, sanguinem vestrum, miseræque sobolis vestre diriter sitit, fortunas, filias, vxores vestras, immò dulcissima pignora vnicam generis vestri spem, vestros filios sædissimo illa flammata execrandæ libidinis cæstro iam pridem anhelat.

Aduersus potentissimã eius vim vestro confiditis, fortassis, cataphracto equitatu inuito, vt arbitramini, aut firmissimis peditum roboribus, & numerosis hastatorum cuneis.

At quorsum, obsecro, vestras modò iactitetis vires, ita inter vos intestinis Religionis Christianæ dissidijs dissectas, distractas, dissipatas? An animis mutua Religionis discordia (qua vnus alterum pro impio, & Dei apostata, imò Idololatra habet) hostiliter diuisis aliquod corporum esse queat robur? potissimùm vbi totiam vestros per novos magistros sparsa sunt Turcici Dogmatis semina, quibus infirmiora pectora ad illam quasi præparata sunt. Iamdudum impiam doctrinam sectati Calvinistæ, non minima, heu dolor! errantium mea à fide catholica per Germaniam portio, plurimis illi consentiunt capitibus 18. aut minimum 15. Lutherani paucioribus: quæ hoc loco materni animi dolor incompa-

*A ficulneo Germanicarum copiarum presidio: quod Deo sibi ob fidei Schismata offenso temere pollicetur.*

*Vide Dialogos Lindani de Tranquillitate sue Ruenardum.*

T 3 rabi-

294 QVERIM. ECCLE. CATH.  
rabilis non finit vobis exponi fusius.

Et quidem cum inter vos mutuum regnent varia odia, & ea plus quam Vatiniana, vlloue pacto reconciliari nescia, quis nam futurus esset prelij, si ita res ferat, euentus, facile prudentes iam nunc vident; qui infaustram funestæ illius Discordiæ, potiss. in Religione, sibi notam habent indolem; qua vna vel maxima sunt collapsa regna. Adeo dissidium pernicioza res est, ô filij mei omnium chariss. vt diuisi corruatis, qui adunati vniuersum terrarum orbem viribus soletis territare. Deus pacis amator non est istius inter vos dissidij author: sed inuidus ille hominum miserorum hostis Diabolus, qui inter vos, ô mea viscera, & charissima mihi & germanissima! intestinam serit discordiam; vt quos prelio tentationum carnalium non poterat conuellere, Christo que sponso meo subducere, odijs intestinis & exitialibus, adeoque amente illa hac vnus illius Religionis Discordia collidat; quò in æternum suum vos de præcipientes barathrum. Flagrantibus igitur inter vos istis internecinis odijs longè omnium acerrimis, quænam, obsecro mei filij chariss. vobis est fiducia de fido

in illum hostem & securo inter vos auxilio? quænam de mutuo vos serio adiuuandi subsidio confidentia? An non *Vide Procopium & P. Diac.* semper Catholici à Gothis, Vvandalis. *num.* que, licet socijs, sed Arrhianizantibus, sibi metuebant? an cum illorum copijs ipsi hostem sese confidenter arbitrabantur aggressuros?

Sed vt demus vos aliquo fortè Syncretismo iustum, & hostibus robore parem posse exercitum tandem conflare, an Deo vobis malè propitio, immò vehementer dissidiorū istorum causa offenso fæliciter cōtra illū Germaniæ castigadæ diuinitus immissum Turcā truculentissimū vos pugnatos arbitramini? Simili prorsus, simili vereor equidè, euentu: quo Israel olim sui Ducis Do. Dei varia ob scelera destitutus auxilio, atq; inuicta eius meritò desertus propugnatione contra Syrios, Babylonios & Assyrios. Hunc igitur hostem ceruicibus vestris in dies imminentem cogitate potētissimum, vobis infestissimū, victorijs licet præclarissimis insatiabilē, nullis stantem pactis, fædis fragū, atheum, nulli partem ætati, nulli sexui, nulli ordini. *Ab odio Germanicæ nobilitatis, stirpis certò per Turcam abolendæ.* Alienam omnē à sua barbarissima Othomannica nobilitatem spernit, cōculcat,



proterit, euertit, delet. Nullum veræ nobilitatis patitur superesse vestigium. Exstant quidem vestram per viciniam miseræ Palæologorum & Catacuzenorum reliquiæ: sed quas, meo quidem iudicio, haud ambigo quin & vestro, satius erat non exstare: quibus non licet nisi aut bubulco, aut opilioni, aut subulco nubere. Credite, obsecro, si non mihi, saltem oculatis testibus fide dignissimis, qui recentia commemorant spectacula sibi annis hisce superioribus visa. Caute igitur ne per immanissimam Turcæ tyrānidem vobis auferatur regnū Dei, vestramet nouæ Religionis discordia nunc vehementer luxatum, ne dicā vestris in animis haud mediocriter labefactatum, ac tantum non euersum. quia nomen quidē speciosum religionis Christianæ obtinetis: sed amissa re; quæ istis in dissidijs intestinis non potest stare, ne dum florere, aut germinare. fides enim vestra iam Christi nomen exuta dicitur (sicuti re ipsa est) aut Lutheri aut Osiandri, aut Caluini. Turcam autem quando dico, quidnam dico? an Dionysium illum Corinthium? an Nabuchodonosorē? an Teglatphabassar? an Siculos illos tyrannos? ludus sunt & iocus præ Turcica

*Vide itinera  
Turcica D.  
Busbecij.*

*Collatio Turcicæ  
Tyrannidis  
& minoris.*

cica isthac captiuitate. An Taberlanem illum Tartarum? aut Attilam, aut Totilam? nugæ sunt eheu mei filij chariff. nugæ sunt præ immanissimorum Turcarum in deuictos pios Christi Iesu ( cuius odio plus quam Sathanico inflammanti flagrant ) cultores beluina rabie. grasfantur crudeliter, sequuntur immanissimè, sua pro barbara libidine in omnem & sexum, & ætatem impotentissimè dominantur. Quo suo voto vt tandem potiantur, nullo satiati Christianorum sibi rabie quadam dæmoniaca exosissimorum sanguine, in dies sese ab omnibus vndique instruunt rebus, quæ indubiã ipsis pariant de vobis victoriam. Tyronicinia quotannis legunt ex miserrimis Christianorum apud ipsos durissimam seruitutem seruentium reliquijs noua, quibus non modò, vt solent, non u quæque, aut decimum; sed aut quinum, aut ternum, aut vniuersos alioqui, dũ libet, abripiunt eiusdem generosioris familiæ masculos. Ab omnibus, dico, tot iam annos sese instruunt vndique, vt vos quos norunt, plurimis in sua castra ex vobis transfugientibus, mutua Religionis discordia fractos, diffidentia mutua dissolutos, odijsq; plus quam nouercalibus,

*Ab incredibili ac beluina in omnẽ sexũ atque ætatem crudelitate.*

*Ab horribili delectu Tyro- num ex familijs Christianis captiuis et subiugatis.*

T 5 ac

ac vestros per Magistros irreconciliabilibus tantum non perditos, nec opibus paribus instructos, nec copijs idoneis (quia nec veteranis, nec militari disciplina exercitatis) armatos, nec solidanimorum consensu atq; inuicta concordia coniuratos omnibus semel suis viribus lóge omniũ potentissimi opprimat. Ab isto igitur Hoste Turca, ò mei filij charissimi, vobis caueate in tẽpore, dũ vos clementissimus Pater cœlestis ad respicientiam, & renouandã mecum in vniuersitate fidei Catholicæ atq; Apostolicæ concordia totus expectat anhelus. Si quidẽ ad vos, vti olim, assiduus clamitat. Erudire Germania: erudire ad recuperandã vniuersitatis fidei meæ concordia: ne fortẽ recedat anima mea à te: me fortẽ ponam te desertam: terrã inhabitabile: Redite igitur obsecro per Christũ Iesum, ò mei filij Chariss. redite ad vinculum illud fraternæ dilectionis per concordiam Apostolicæ Religionis: ne auferatur à vobis regnum Dei, & detur genti facienti fructum eius. Quod an non sit modò apud Indos & Synas, & Moschos, aliosque inchoatum feliciter, vobis clam esse non opinor. Hoc tamen omen Deus vobis auertat propitius, mentemq; vobis la-

*Jerem. 6.*

giatur veræ atque Christianæ Concor-  
diæ studiosam : vt in vnitæte fidei mæ  
Catholicæ, eiusdemque Apostolicæ ac  
Euangelicæ à spiritu Dei pacis amatore  
congregati, vno ore laudemus Deū cœli  
Patrem nostrum patrumq; nostrorum  
vere piorum & moribus verè Christia-  
nis diuinum eius nomen ex animo stu-  
deamus celebrare, quò per illā angustā  
Euangelicæ vitæ portam ad vitam om-  
nes perueniamus æternam.

Quod nobis ad vnum omnibus sua  
pro immensa clementia & pietate ineffa-  
bili, vereque in omnes ipsum ex animo  
timentes paterna largiatur Deus  
in secula benedictus.

Amen.

*Deo soli Honor & gloria.*

C A.